

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Clericus auctor laudatus seu defensor necessarius, an declinet forum, vel communicet privilegium remissive.*
- 3 *Pretium feudi non est feudale.*
- 4 *Quando intrat subrogatio pretii loco feudi.*
- 5 *Non datur eodem tempore qualitas feudalis in ipsa re, & in pretio.*
- 6 *Primus acquirens titulo oneroso potest disponere de feudo etiam pacti, & providentia, in prejudicium successorum.*
- 7 *Quomodo intelligendum sit preceptum testatoris de investiendo pretium redactum ex venditione feudi.*

D I S C. XLVIII.

Celeber J. C. Amadeus de Ponte, numerosam prolem masculinam ex prima, & secunda Uxore habens, ac possidens aliquas portiones feudi Casalini Grassi, aliam octavam partem, à quibusdam aliis possessam, titulo emptiōnis acquisivit pro se, & Carolo Amadeo filio secundi matrimonii, eoque deficiente, pro aliis ejusdem secundi matrimonii filiis, & in istorum defectu pro illis primi, & successivè pro omnibus agnatis, obtemperavit pro omnibus predictis nova investitura à Duce Sabaudia domino directo. Deinde vero in eius testamento, instituit perpetuo fideicommissum particulari in dictis portionibus, alligatè designatis bonis ad favorem univèrsæ ejus descendentiæ masculinæ, cum ordine rationem, & legè primogenituræ, mandavit per dicti Caroli Amadei pupilli tutores vendi debere dictam primam partem feudi ut supra pro eo quæ sitam successori in dicta primogenitura, pro pretio seu 1000. investien. ad ejusdem pupilli favorem in tot bonis, prout sequatur fuit, investito pretio in quosdam census, quorum retrovenditorum pretium deinde per eundem Carolum Amadeum erogatum fuit in emptiōnem quorundam bonorum in Territorio Albanen. quæ motiens abque prole religiosissimè quibus vendita fuerunt Francisco Blancario, contra quem Comes Petrus dicti Caroli Amadei nepos ex Andrea ejusdem matrimonii germano fratre, tanquam vocatus per dictam investituram, iudicium immixtionis instituit ad dicta bona, utpotè loco dicti feudi subrogata, & sententiam favorabilem ab A. C. reportavit; cùmque disputantem videret in vim Egidianæ rescibendum esse ad solum de volutiū cum clausula, sine prejudicio; in hoc statu, ad dictam Domus professæ tanquam necessarij defensoris ad causam admittæ defensionem assumptus fuit, & ultra punitum ordinis, an scilicet dicta Domus professæ, quæ tanquam Ecclesiasticæ non subiaceret Constitutioni Egidianæ, possit vel nò hoc solum privilegium communicare laico possessori; quem defendere tenebatur, de quo articulo in hac eadem causa, vel sub alia habetur actum sub tit. de jurisdictione, & foro competentis.

Quatenus pertinet ad merita negotij principalis, & an dicta investitura feudalis suffragaretur actori in istis bonis, regula videatur negativa, quoniam pretium feudi non est feudale. Manente decis. 58. Surd. decis. 306. numer. 3. Franch. decis. 64. numer. 3. Galeot. lib. 2. controu. 63. numer. 16. Fab. de Anna cons. 123. numer. 8. Rota in Aprutina Castris Montorii 2. Maji 1644. Peuting. Romana concursus 15. Junii 2665. Emerix; & quamvis non implicet ex conventionis, pretium, vel alia bona ex eo provenientia, jure subrogationis succedere loco feudi, proindeque cadere sub investitura, ac deberi illi, qui per ejusdem investituræ legem vocati sunt, ut satis frequenter habetur hoc tit. ad materia Bullæ baronum, circa subrogationem aliorum bonorum batonis in locum castrorum, aliorumque bonorum, fideicommissis, vel investituris subceptorum, quæ pro ejus debitis per Congregationem baronum distrahuntur.

Attamen id est verificabile, quando feudum ad alienam lineam, sive diversam personam transitum faciat, ita & taliter, quod in lineam acquirentis, qui sic successoribus providere voluit, non remaneant, nisi bona subrogata, quæ ipsius feudi deficientis naturam in omnibus fortiantur; scus autem, ubi idem feudum remanet in eadem linea per investituram vocata, mutatis solum personis, seu verius mutato ordine succedendi inter eas, tunc enim implicat eandem rem insolitum residere in duobus subiectis æqualibus æquè totum constitutibus, seu dari eodem tempore subrogatum, & id, in cuius locum subrogatio facta est,

quia esset date eodem tempore existentiam illius subiecti, ex cuius corruptione aliud coequalè est generatum, sive dare in eadem sede, seu statlo, coadjutum & coadjutorem, testatorem, & heredem, principalem, & substitutum, cum similibus; & sic ex investitura unius feudi dare duo feuda coequalia, unum in iplo corpore feudi, & alterum in ejus pretio, vel bonis ex dicto pretio obventis, quod non datur Bald. in rubr. de feud. non habent. propriam naturam amittit in final. verbis, Roental. c. 9. concl. 39. litt. D. ubi concordat.

Clarissimè vero, quia id proveniebat ex ordinatione pretij acquirentis titulo oneroso, quem etiam in feudis pacti, & providentiæ, receptum est posse disponere, ac successoribus præjudicare, ex plene congestis per Merlin. decis. 699. & habetur hoc tit. satis frequenter, præsertim in Parmen. feudi, saltem in integro valore, seu pretio, quod dicitur allodialè, & in hereditate acquirentis, tam quoad res alienam, quam quoad participationem secundogenitorum; & quoad alios effectus, potissimè quia, ut dictum est, hec non fuit omni-moda alienatio, cum etiam ipsemet Carolus Amadeus iuxta ordinem primogenituræ vocatus esset, sed fuit solum quidem immutatus ordo succedendi facti rationabilis, ita utiendū ejusdem feudi, seu castris omnes portiones in uno capite.

Magnum fundamentum constituunt scribentes pro actore in eo, quod testator loco dictæ octavæ portionis feudi mandasset succedere debere bona ex dicto pretio querenda, & hoc movit iudicem primæ instantiæ; sed erat leve fundamentum, quoniam testator, qui prius cum hac portio-nem hunc quarto, vel quinto genitum providere destinaverat, mutando consilium in melius, provisionem de re ad rem variavit; non autem dici poterat, quod voluerit facere etiam ista bona feudalia, seu quod sub feudali investitura venirent, dum ipsamet feudum remanebat in linea.

Eo etiam satis ponderato, quod hec erat portio relicta pro omni, & toto eo &c. sic succedens loco legitime, quæ debet esse libera ab omni onere, & servitute; preceptum autem de investiendo pretium, referendum erat ad prudens consilium, dum agebatur de pupillo; & sic directum potius videbatur ad tutores, injungendo istis id quod ipsa lex injungit; & ex his cum iustitiæ fundamentum Signatura rescipit de appellatione, in justis prosecutione, quatenus sequatur, probabiliter credebam sperandum esse dictæ sententiæ infirmationem, & pro non comprehensione istorum bonorum sub investitura feudali, quia dum adest ipsum feudum in eadem linea, dati non potest pretium, tanquam loco feudi subrogatum, quod sub eadem investitura cadat, ut supra.

S U M M A R I U M.

- 1 *An pretium feudi succedat loco ipsius feudi.*
- 2 *An defensor necessarius, sive auctor laudatus declinet forum.*
- 3 *Possessor, & interstatus immediatus est solum citandus.*

ANNOT. AD DISC. XLVIII.

Super principali questione istius discutunt, an scilicet, 1 Pretium feudi sit feudale, videri poterunt ea, quæ habentur tit. de empty. disc. 58. & in ejus annot. & sub tit. de credito, disc. 13. & 151. ac etiam generaliter, an, & quando pretium succedat loco rei, vel res loco pretij, habetur eod. tit. de cred. disc. 35.

De articulo autem concernente competentiam fori, & an defensor necessarius, qui alibi auctor laudatus appellatur, declinet forum ex propria persona, vel privilegio, seu aliis illud communicet, habetur in sua materia sub tit. de juris. disc. 63. & sub tit. de judic. disc. 2. & 3. & 37. Bene verum, quod in his materiis, quæ concernunt ordinem iudicij, vel competentiam fori, non de facili regula certa, & generalis tituli potest ob varios stylos Principatum, & Tribunalium, quibus est defendendum; regulariter autem attenditur possessor, & interessatus immediatus, non autem mediatum, excepto sisco, etiam ad effectum citationis, ex deductis eod. tit. de judic. disc. 9. ubi de materiis citationis.

CAMERINENS. CASTRORUM PRO COMMUNITATE FABRIANI, COMITIBUS DE GENGA.

Casus disputatus coram Camerario.

An in transactione orta inter duos contendentes de pertinentia feudi, requiratur assensus domini, & an inita sine illo efficiat successores, etiam iure proprio venientes, & quid ubi feudum est merè hereditarium, & quando dicitur tale. Et de assensu, seu benedictio præsumpto ex lapsu temporis, sive ex alius præsumptionibus, & ad-municibus.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Quomodo venditio feudi, vel castris non importet totum dominium, sed solum quandam superioritatem.*
- 3 *De iuribus feudaliibus concedentibus facultatem transigendi, & numer. 10.*
- 4 *Quod his non obstantibus non liceat transigere, per cap. Imperialem &c.*
- 5 *Quod possessor primogenituræ, seu majoratus non potest transigere.*
- 6 *In Statu Ecclesiastico non intrat assensus super potestate transigendi ob Constitutiones Apostolicas prohibentes omnem contractum.*
- 7 *In Regno utriusque Sicilia certum est neque transigi, neque compromitti posse super feudis.*
- 8 *An & quando in fideicommissis, & similibus transactio liget successorem iure suo independenter venientem.*
- 9 *Ad effectum prejudicii domini satis attenditur defectus potestatis transigendi, & quando.*
- 10 *De eodem de quo n. 3.*
- 11 *Ubi non habetur lex clara feudalis, procedendum est cum regulis generalibus juris communis.*
- 12 *Ubi transactio inita est bona fide, ligat feudi successores etiam iure proprio.*
- 13 *Valet concordia, ubi possessio dimittitur possessori, & feudatarius non privatur feudo.*
- 14 *Questio potestatis transigendi procedit in feudo ex pacto, secus autem in hereditario.*
- 15 *Feudum quando dicitur hereditarium ex verbis.*
- 16 *In idem consideranda qualitas rei concessæ, ejusque antiqua natura.*
- 17 *Consideratur, ubi transactio est à primo acquirente.*
- 18 *De ratione, ob quam in Regno utriusque Sicilia qualitas hereditaria non obstat pro revocatione alienationis.*
- 19 *Valida est transactio accedente assensu.*
- 20 *De assensu præsumpto ex lapsu temporis.*
- 21 *Transactio dum observata fortius valet, & obligat.*
- 22 *Effectuatio in parte sufficit.*

D I S C. XLIX.

De anno 1216. Simeon Ugocconus, incertum est quo titulo, Dominus, & possessor Castrorum Genghæ, & Galli, cum aliquibus villis annexis, pro pretio libarum Rayennaten. 160. illa vendidit Communitati Fabriani, quæ promissit castra, & villas eorumque homines defendere, ac etiam in bono statu, & in eo loco, in quo erant, conservare, quam venditionis speciem, ita illorum temporum conditione exigente, conjicitur fuisse, non de Castrorum dominio, & redditibus, ac omnimoda jurisdictione; sed de quadam majori jurisdictione, & superioritate, ad effectum defensionis, & protectionis, eo modo, quo modernis temporibus usus est inferiorum dominorum, se dandi majorem, & potentiorum Principum protectioni, introducendo in Castra eorum milites prefidiarios; juxta ea, quæ habentur deducta in Massan. Castrorum hoc tit. ubi de cons. 121. Oldradi, cum concordantibus: ex quibus patet, circa ea tempora id esse in usu, recipiendo ab alio proprium castrum in feudum, ut in presenti sub hoc diverso venditionis titulo sequutum fuit, dum tam ipse Simeon, quam successores in eorumdem castrorum, & annexorum possessione continuantur, cum dicta tamen subiectione erga istam Communitatem; id autem tractu temporis agrè ferens Octavia-

nus ex dictis Comitibus Genghæ, familiaris Clementis VII. de anno 1334. ad aliquos menses ante dicti Pontificis obitum; obtinuit declarari Castrum Genghæ & novem Villas, ab antiquissimo tempore per hujusmodi Comites de Genghæ nunc cupatos possessæ, ad ipsos pertinere, & quatenus opus, demò, tunc, & ex integro illa eisdem pro seipsis, corumque hæredibus & successoribus quibuscumque concessit in feudum francum & honorificum, sub obligatione solvendi Sedi & Camera Apostolicæ singulis annis in Festo Sancti Petri florenos 15. cujus concessionis vigore dicti Comites de facto spoliarunt Communitatem quacumque possessione, quam tunc habebat, expellendo ejus officiales, & ministros, unde propterea Communitas de anno 1335. à Paulo III. immediato successore obtinuit licentiam delegationis Marchie gubernatori directas super ejus reintegratione, super qua scripsit sententiam favorabilem reportavit: sed pluribus ex-ortis controvèrsis, & difficultatibus super dictæ sententiæ executione ac modo practicandæ, devenit ex inter partes ad compromissum in persona Petri Alivoli Farnesij, tunc Castris, postmodum etiam Parmæ, & Placentiæ Ducis, qui de anno 1344. laudum proculit utrique parti respectivè favorabile, concedendo solum Communitati in quatuor ex quinque villis jurisdictionem in omnibus causis criminalibus, in iplo autem castrò Genghæ & aliis quinque villis, cumulativam jurisdictionem cum iplo Comitibus in causis capitalibus tantum, ita tamen, quod in casu preventionis per ipsos Comites faciendæ, procedere non possent ad executionem absque ejusdem Communitatis autoritate, & cum aliis eorumdem Comitum obligationibus erga Communitatem, præsertim de deputando potestatem ab ipsa nominandam, & accedendi ad quosdam processiones & solemnitates cum cetero, & cum subiectione ipsi Communitati circa repartitionem onerum Cameralium, aliique conventionibus.

Verum super hujusmodi etiam laudo novis exortis controvèrsis; commissio per Cardinalem Alexandrum Farnesium ejusdem Pauli III. nepotem, & Status Ecclesiastici superintendentem negotio, componendo magis, quam decido Marchie Vilegato, istius opera & auctoritate devenit est ad concordiam, per quam dictum laudum cum aliorum Capitulorum reformatione acceptatum fuit, quæ concordia, ab inde citra usque ad presens, in aliquibus effectum sortita est, in cognitione scilicet causarum criminalium, capitalium, & damnorum datorum respectivè, juxta illarum distinctionem, necnon in repartitione onerum Cameralium; in quandom verò defunctudinem abijt quoad accessum ad processiones, & solemnitates cum cetero, & quoad nominationem potestatis, & alia.

Cum autem moderni Comites, etiam istam agrè ferentes, pretenderent omnimodam libertatem, ac independantiam à dicta Communitate, nullatenus teneri ad præstatæ concordie observantiam, hinc proinde obtinuerunt à Camerario inhibitionem super executione, & observantia dictarum literarum Clementis VII. continentium necdem confirmationem antiqui domini, & possessionis; sed etiam novam concessionem in feudum independenter à quocumque alio, præterquam à Sede Apostolica; cùmque ex parte Communitatis pro dictæ inhibitionis moderatione exhibita esset dicta concordia, & petita manutio in quasi possessione, in qua reperitur, necnon per viam reconventionis petita etiam esset dictæ concordie executio, replicantibus Comitibus de concordie nullitate ex defectu assensus Pape domini directi, juxta leg. Imperialem. de prohib. feudi alien. per Feder. hinc proinde assumpta fuit disputatio super hoc puncto, an scilicet dictus assensus esset necessarius, vel ne, & quatenus requireretur, an illud præsumeretur stante lapsu tam diuturni temporis, ac etiam stantibus aliis ad-municibus.

Scribentes igitur pro Comitibus, deducentes autoritates plene collectas per Roental. cap. 9. membr. 1. concl. 131. Gratian. de cons. 476. n. 12. cum segg. & Valeron. de transact. tit. 5. quest. 2. per tot. præsertim numer. 6. probare conabantur, quod quicquid aliqui in contrarium dixerint circa transigendi potestatem resultantem ex cap. Passallus de benef. suo, tit. si de feudis fuerit contentio, & in cap. unico de controu. inter Passallum, & alium de benef. & nihilominus magis communis, & recepta opinio est, super feudis absque assensu transigi non posse, ob superventam fructuorem alienandi prohibitionem contentam in cap. Imperialem. de prohib. feudi alienat. per Feder. per quam, ob nimiam amplitudinem verborum, correctum videtur dictum antiquius juris feudale, allegando in idem licet. in cap. si Passallus, de feudis sub

sub tit. si de feudo fuerit controversa, num. 9. Afflicti ibidem. 14. & decif. 232. num. 7. & 8. late Bammacar. in dicto cap. si Vafallus, prima quæst. ex n. 14. & 3. quæst. ex num. 63. cum iudicium etiam in idem ea, quæ circa defectum potestatis transgrediendi in possessore primogeniis, seu majoratus, plenè sustinentur.

6 Molin. de primogen. libr. 4. cap. 9. ubi adden. Castill. tom. 8. controrov. cap. 36. §. 2. ex num. 69. ad 77. Valeron. d. tit. 4. qu. 2. ex n. 6. cum seqq.

7 Histamen non obstantibus, cum sensu veritatis, dicebam scribens pro Communitate, quod ubi etiam non subsisterent ea, quæ infra habentur de beneplacito præsumptio, ex quibus cessabat necessitas assumendi huiusmodi questionem, adhuc tamen omnino verus esset, per dictos Comites, abque assensu transgrediendi, tunc non observabant illæ prohibitiones, quæ hodie habentur in quocumque contractu faciendi super bonis jurisdictionibus, sive sint feudalia, sive allodialia, resutantes ex Constitutionibus Clementis VIII. aliorumque successorum summorum Pontificum, extendentibus ad omnes, & quocumque contractus, originariam prohibitionem contentam in Constitutione 3. Sixti V. restrictam ad solos res casus alienationis, nempe venditionis, donationis, & permutacionis, unde propterea in Statu Ecclesiastico post huiusmodi Constitutiones ista quæstio inanis remanet.

8 Sed quia præsens concessio, utpote longè anterior sub Paulo III. sub huiusmodi prohibitionibus non cadebat, idcirco examinandum articulum in solo puncto juris feudalis, advertebam in primis cavendum esse ab omnibus auctoritatibus Doctorum utriusque Regni Sicilia, citra, & ultra Phatum, quales sunt præsertim Isernia, Afflicti, Bammacar, & ceteri jam notè, cum in illis Regnis aboluta sit dicta opinio negativa, nulla facta distinctione, an agatur de præiudicio domini, vel successorum, sive an feudum sit, vel quodlibet etiam hereditarium habeat, quia per Constitutionem Constitucionem diuè memoria, ad dirimendam quæstionem, forè tunc militante in transactione, & compromisso, literaliter, & expressè utrumque prohibens, cum facultate eadem contrahenti, vel heredi revocandi actum, ut advertit præsertim Isernia in d. cap. si Vafallus, n. 9.

9 Prout extraneas dicebam à casu duas auctoritates Molinæ, Castill. Valeron. & aliorum per eodem collectas, quoniam quicquid sit de illis primogeniis, & majoratibus ex eorum peculiari natura, sive quod in ea regione, illique Tribunalibus hæc opinio us recepta sit, atamen generaliter in puncto juris, tam in fideicommissis, primogeniis, & majoratibus, quam etiam in bonis emphyteuticis, quoniam & in beneficiis Ecclesiasticis, circumscripta prohibitione resultant ab extraneis Ambitiosis, de reb. Eccles. non alienan. cum similibus, in nostra Italia & alibi præsertim verò in Rota, & Curia Romana, in qua erat præsens disputatio, hodie receptissima, & forè amplius non controversa est distinctio inter bonam & malam fidem, ut scilicet invalida sit, saltem respectu successorum independentem, ac iure suo venientium, transactio non bona fide inita, utpote importans magis voluntariam alienationem, ita collusivè sub hoc pallio transactionis nomine cohonestatam, & in his terminis procedit opinio tenentium, transactionem venire sub prohibita alienatione, eamque non asserere, ut fitimatur in Bonon. de Blanchis coram Rojas, decif. 287. & 343. in Romana fideicommissi de Maximis, coram Cetro decif. 272. part. 10. recent. n. 21. & in aliis modernioribus.

10 Secus autem quoties bona fide inita est, quia tunc afficit etiam successorum, independentem, & iure proprio venientes, ut ex auctoritatibus ad fatietatem collectis etiam per Castill. & Valeron. ubi supra, sæpissime fitimavit Rota, præsertim in Romana successione de Comitibus coram Ghislerio decif. 44. & 48. post Censal. ad Peregrin. & successivè in aliis nimium frequenter, ut habetur pluries actum sub tit. de fideicommissis, sub altero de emphyteusi, & sub altero de donationibus, unde propterea, ut dictis locis advertitur, hodie ista quæstio non est amplius juris, sed facti, & applicationis, an scilicet in una, vel altera prædicta distinctionis parte verifaremur, & sic an constaret de bona, vel mala fide, quod pendet à probabili dubitate eventus litis, ideoque certa, & determinata regula desuper trahi non potest, sed in singulis casibus decifio pendet ab eorum particularibus circumstantiis circa dictam probabilitatem prudentis iudicis arbitrio pensandis, cum sola præsumptione generali, bonæ potius, quam malæ fidei assistente, nulla ratione habita de his, quæ prædicti, & alii Hispani tenent in illis majoratibus, &

primogeniis, quia ab eis arguere non licet ob illas peculiari leges, vel consuetudines, ut in proposito quæstionis, an primogenituras stare possint in suspensio, hæbentur penam actum in Bononien. penam penam de Lupatis sub tit. de fideicommissis.

11 Hinc proinde inferebam, quod dum iure specialiter feudorum contrarium expressè cautum non est, ex identitate rationis, idem omnino in eis verius dicendum venit, ubi præsertim non agitur de gravi præiudicio domini directi, quia nempe feudum per transactionem transcat in alienum Vafallum, ex deductis per Cyriac. contr. 3. n. 26. unde de alieno dominio, ex ditione fiat, ad quem effectum proprie, iuxta temporum, & regionum qualitates, nostri antiqui Itali, & moderni Germani sentierunt de hoc principaliter dubitant, sive quod per transactionem res feudales efficiatur allodialis, & omnino libera, exclusio domini directi dominio, ad quem effectum aliqui dubitant, ut præsertim apud Rosental. d. cap. 6. concl. 21. Et merito, quia Vafalli, seu feudatarii jus restrictum est ad solum dominium utile, atque de isto ad eum agere pertinet litigando, vel transgrediendo, non autem de dominio directo, super quo dici non potest legitimus administrator, ex quo titulo negotium omnium successorum nomine gerere poterit.

12 Ideoque cum in hac facti specie nullum resultaret domini præiudicium, quoniam tam dicti Comites, quam Communitas sunt æque subditi Sedis Apostolicæ, quinimò huic magis expedit istorum Castorum jurisdictionem ad formam concordatæ esse penè dictæ Communitatis Gubernamur, ab ipsa sede immediate deputari solum, quam penes dictos Feudatarios, quia licet dicatur officialis dicti oppidi, atamen est immediatus officialis, & minister Pape, cujus conditio ita melior efficitur, idcirco cessabat ea major dubitatio, quæ in hac materia cadit respectu præiudicii domini, & de quo casu proprie, & principaliter agit Isernia in d. cap. si Vafallus, de feudo sub tit. si de feudo fuerit controversa, n. 9. ad quem locum relative habet in cap. 1. de leg. Corradi, n. 7. in fin. & in commentar. ad d. constitut. Regni Constitutionem diuè memoria.

13 Quatenus igitur leclio domini præiudicio, ut supra pertinet ad præsumptum casum successorum feudi, quamvis Isernia in d. cap. si Vafallus, excitata quæstione, certum dicat, transactionem non nocere agnatis; nihilominus iste, etsi alias maximus feudatarius, inconsideratè in presenti loqui videtur, excusabiliter tamen, dum in eo Regno, in quo versabatur, ista quæstio inanis est, utpote decia per legem municipalem, ut supra, dum assignat rationem meo iudicio insufflam, quod scilicet ideo non præiudicat, quia (sunt verba præfata non caverit, de ea, quod eis nocet. Tum quia in d. cap. si Vafallus, de beneficio suo sub tit. si de feudo desunt. & c. in unico de contr. inter Vafallum, & alium de benef. & c. expressè cavetur transactionem super feudo fieri posse, neque nova lex in c. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Feder. id. expressè determinat, prout facit altera lex ejusdem Federici in dicta Constitutione Constitucionem diuè memoria, unde potius resultat argumentum discretivè, quod ubi voluit, dixit & c. Tum etiam quia, ut habetur in Mutinen. & in aliis hoc eod. tit. quoniam non habemus expressam legem feudalem in contrarium non disponentem, prohibitum non est, quinimò debemus recurrere ad jus commune, eique regulas generales, ut generaliter habemus in quocumque alio iure municipali, seu statuario, ideoque qui quilibet, plures casus distinguendo, elaboratè quidem, sed non multum clarè, tam super quæstione transactionis, quam super altera compromissi, pariformiter tractari solita, late deduxit Bammacar. in dicto cap. si Vafallus de Benefic. suo, quæst. 1. ex num. 14. ubi de compromisso, & qu. 3. ex num. 63. ubi de transactione, procedendo tamen cum claris, ac magis elaboratè deductis per Cyriac. contr. 3. n. 2. ubi plures casus distinguit, omnino verius videtur ex similitudine per n. 21. recipiendam esse dictam distinctionem bonæ, vel malæ fidei, quod quæ ubi cum bona fide inita est, omnino verius sit successorum obligatum remanere, tum quia ut supra itis expressè cautum est per leges feudales, quibus non advertitur leg. Imperialem, quia non descendit ad hæc species, tum quia illa clarè assistit dispositio juris communis, ac etiam quia ita clarè suadet ratio, quoniam esset aliis eisdem successoribus notabiliter præiudicare, adimendo possessorem per tempore occasionem amplectendi hoc transactionis beneficium, per quod ita obtinendo partem, fe suosque successorum liberet à periculo amittendi totum, ideoque dum ita disponunt leges communes in Intellecte, ac leges particulares feudorum, & suadent rationes, non videtur cur de ista conclusionem

siene cum dicta distinctione bonæ, vel malæ fidei dubitare debeamus.

14 Potissimè verò, quia ita ipsum feudum remanebat penes ipsos transgentes, quo casu, ut ex deductis per eodem Bammacar. & Rosental. concors videtur opinio pro validitate, illaque jurisdictionis, & superioritatis participatio, quæ Communitati data fuit, non continebat quod novum, tum jam majus jus per ipsam possidebatur, saltem civitatis, & animo, non obstante turbacione de facto, unde propterea intrat altera conclusio, de qua Cyriac. dicta controrov. 3. n. 24. ubi concordantes, quando scilicet dimissio fit postfatori, quia Communitas prius plus possidebat, quam per concordiam obtinuerit.

15 Cæterum, transgrediendo Curia Asylum superflua, & evagatoria damnantem, dicebantur hæc ad superabundantiam, & præter causæ necessitatem pro discursu materiæ, & ut elucidarentur oportuit, quæ in contrarium deducebantur, revera tamen non verfabamur in casu quæstionis procedentis in feudo pacti, & providentiæ antiquo, in quo successore veniat iure suo, omnino independentem à transigente, secus autem ubi agitur de feudo merè hereditario, quoniam quicquid fit quoad Dominum, atamen respectu successorum, illud in nihilo differre videtur à bonis allodialibus, itaut inretat leg. cum à matre, C. de rei vendic. tum quia successore, qui habere debet qualitatè hereditariam, impugnature non potest factum sui auctoris, tum etiam quia in ipsam Investituram in huiusmodi forma concepta, dicitur generaliter præstitus assensus, ex plenè deductis per Rosental. cap. 9. memb. 1. conclus. 40. & in specie transactionis supponatur tanquam absolutum idem Doctores negantes in Feudatario transgredi facultatem, dum exiuncti hereditarium, ex collectis per Cyriac. d. controrov. 3. num. 9. in fin. ac etiam n. 53. ubi de hærede non impugnature.

16 Quod autem dicta nova concessio esset in forma feudi merè hereditarii, videbatur planum, dum concepta erat pro se ipsis, eorumque successoribus, & hereditibus quibuscumque, ex quibus absolute resultat huiusmodi qualitas, quæ in aliquorum sensu resultat dicitur, ubi cantaret pro hereditibus simpliciter; claris ubi huic verbo adjectum est alterum, successoribus; clarissimè verò, ac extrà difficultatem, ubi adjectur verbum generale, quibuscumque, ut post antiquiores ab eis collectis, plenè Intrigiol. de feudis, g. 50. num. 14. ad 149. Clar. §. feudum, quæst. 9. Theodor. allegat. 50. num. 43. & sequent. Fab. de Ann. conf. 53. num. 15. Rovit. super pragmat. in vrb. de feudis, num. 20. Larata ibidem. feud. d. part. 7. d. huc. 24. & habetur ad nimiram fatietatem actum in Sarlatinen. feudi coram Dunozeto impressi. post Contr. dec. 18. & 19. confirmat. coram Orthob. inter suas decif. 265. in quibus disputatio erat, ubi præcedit verbum conveniens solum, iuxta feudorum regularem naturam, successoribus sanguinis, quia nempe dicitur pro filiis, seu liberis, & descendentibus, quibus adjectur dicta verba, vel eorum aliqua, an scilicet hæc starent qualificativè, vel ampliativè de quo etiam plenè agit Cappyc. Latr. consult. 75. Scribens in eadem causa Sarlatinen. impugnano decifiones præcedentes editas coram Coccino ibidem registratas: sed ubi tale verbum non præcedit, atque simpliciter dicitur pro hereditibus, & successoribus quibuscumque, tunc videtur casus indubiatus.

17 Potissimè verò, ita etiam suadente subiecta mæretia, seu rei concessæ natura, quoniam non agebatur de Capitris, quæ solita essent concedi in feudum rectum, & proprium pro solis successoribus sanguinis, per quorum deficientiam devoluta essent, quo casu aliqua difficultas intraret, ob regulam, ut subsquentes Investituræ à præcedentibus regulari debeant, neque præsumenda sit immutatio nature feudi, ex his quæ habentur in proximè allegatis decifionibus hinc inde editis in dicta Sarlatinen. sed ab antiquo possideri consueverunt, iuxta illorum temporum, & locorum conditionem, abque alia Investitura in aliodium, eo modo, quo habetur in Civitatibus Castellæ Contributionis, in Arimin. evictionis Castorum, & in aliis hoc eod. tit. dicta; concessio principalem prodiit pro confirmatione antiquorum iurium, accessorie autem, & pro potiori cautela continetur novam infundacionem, ita proinde regulandam ad limites, & naturam Status antiqui, unde cessabat in radice occasio disputandi dictam quæstionem, eadem tamen cum successorum veniente independentem & ex iure proprio.

18 Accedente etiam ea satis notabili circumstantia, quod huiusmodi contractus initus non fuit per aliquem successorem feudi antiqui, de quo dici potest, quod aliud jus non habere

ret, nisi illud durationis ejus vite; sed initus fuit per primos acquirentes, seu verius primos ita successorum meliorem conditionem facientes, huiusmodi Castra liberando ab ea majori subiectione, & servitute, quam in vim alienationis factæ per Simeonem eorum auctorem patiebantur erga istam Communitatem, unde conferunt ea, quæ in Parmen. & aliis hoc tit. habentur de primo acquirente.

19 Et quamvis scribentes in contrarium conarentur cum plurium Regnicolarum auctoritatibus probare, hæreditariam qualitatem non impedire allegationem huiusmodi nullitatis, ab ipsomet principali contrahente quoque allegabilis, nihilominus facilis erat responso, quia id non procedit de iure communi, sed in vim particularis Constitutionis Constitucionem diuè memoria, per quam ita expressè dicitur, ac etiam quia illa feuda neque dici possunt merè hereditaria, sed mixta, principaliter in forma pacti, & providentiæ, utpote concepta pro hereditibus ex corpore, in eo solum differentia à feudis mixtis de iure communi, quod in istis sufficit esse hæres primi acquirentis, non autem ultimi morientis, & si etiam iuxta unam opinionem, istius, atamen quoad feudum antiquum suffragatur beneficium Inventarii, & separationis bonorum, in illis verò fecus, quia successor debet esse etiam hæres ultimi, ut satis frequenter habetur actum in aliis hoc eod. tit.

20 Omninoque in proposito difficultas cessabat, quoniam dicta quæstio successorum obligatoria percutit casum, in quo illa sequeretur abque assensu, secus autem isto accedente, ex collectis per Cyriac. dicta controrov. 3. n. 23. ubi allegat Bammacar. loco de quo supra, qui assensus in presenti satis concurrere videbatur ex præsumptione resultantè à lapsu antiquissimi temporis annorum 100. & ultra, qui est sensus præsumptus tanti temporis etiam hodie, non obstantè Constitutione 141. Urbani VIII. in bonis Ecclesiæ adhuc per eandem remanet præservatus, ut in Romana præterite devolutionis palatii 18. Junii 1657. & 7. Junii 1658. Albert. & aliis sæpissime, multò magis in actibus dicitur Constitutionum præcedentibus, quando in puris terminis juris communis ex solo lapsu 30. annorum, juncto cum observantia, ejus præsumptio resultabat, ut frequenter sub tit. de alienationibus, & contractibus ad materiam alienationis bonorum Ecclesiæ.

21 Et in specialibus terminis transactionis inite super feudo, jamdù observate, quod omnino valida censenda sit, & observanda, plenè colligit Cyriac. d. contr. 3. n. 40.

22 Difficultatem solum in ista causa faciebat defectus observantia respectu nonnullorum, ex his quæ in dicta concordia continentur, cum ad effectum inducendi assensus seu Beneplaciti præsumptionem, non sufficit solus lapsus temporis, nisi copulativè concurrat observantia, ut apud Orthob. decif. 220. & passim; verum dicebam huiusmodi difficultatem cessare stante observantia, & effectuione aliorum conventionum, præsertim circa cognitionem capitalium, ac partitionem onerum, ex regula, quod effectuione in totum, Cavaler. decif. 208. num. 6. 449. num. 7. & 500. num. finali cum aliis per Aden. ad Gregor. decif. 577. numer. 7. cum sequent. & habetur sub tit. de Beneficis in materia regula revocatorie uniuersum, & alibi, & conferunt quæ habentur in Tolertana jurisdictionis sub tit. de jurisdictione, de causa uniuersali conservanda per aliquos actus particulares; accedentibus potissimum aliis præsumptionibus, & admittentibus coadiuvantibus dictæ præsumptionem resultantem ex lapsu temporis, dum concordia prædicta inita fuit de mandato, & commissione Cardinalis Farnesii, qui erat Papa nepos, & superintendens Status Ecclesiæ, unde factus probabile est, totum id gestum esse scienter, & approbante eodem Pontifice, stante præsertim præcedenti sententia arbitrariè prefati Ducis Petri Aloysii Farnesii, idcirco dicebam dubitari non posse de transactionis validitate, solumque quoad actus non observatos præteriti poterat adversus eandem transactionem præscriptio, iuxta terminos textus in cap. auditis, & cap. cum olim, de præscriptionibus, cum concord. in materia præscriptio actuum particularium per Prelatum inferiorum adversus Episcopum, vel alterum Superiorem, de quibus in dicta Tolertana Jurisdictionis sub tit. de jurisdictione, quod tamen diversam habebat inspectionem, cum generetur ad observantiam, me consulente, & restrin-gendur quoad possessionem, & observantiam docebatur, ad cuius restrictionis normam, ob contrariam in aliis observantiam, credo, quod sententiam esset, abiq; eo quod excepta diff.

difficultate resultante à non usu, alia habetur super transactio- nis validitate.

S U M M A R I U M.

- 1 Status cause.
- 2 Pro beneplacito presumpio non sufficit tempus sive observantia.
- 3 Declaratur quando observantia debeat esse in totum, vel sufficit in parte.
- 4 De alia declaratione circa observantiam conjungendam cum lapsu temporis, aliisque adminiculis pro hac presumptione.
- 5 Quomodo leges prohibentes alienationes feudorum, debeant intelligi.
- 6 De Constitutione Federici Imperatoris in l. Imperialem, non attendenda in statu Ecclesiastico.
- 7 De eadem ob Constitutiones Apostolicas prohibitorias.
- 8 De materia, seu qualitate feudorum Status Ecclesiastici, quod in plerisque differant ab aliis feudis.
- 9 Quando transactio in officia successoris.

ANNOTAT. AD DISC. XLIX.

Non acquiescentes Comites de Genga sententia Camerarii, super validitate, & observantia transactio- nis, in iis partibus, in quibus de observantia, & effectu- atione docebatur. Interpositam appellacionem prosecuti fuerunt in Camera coram Bichio, atque prefata sententia edit de mense Junii 1673, super dubio, an prefata sententia esset confirmanda, vel infirmanda, pro confirmatione profert resolutio, ex eisdem fundamentis, de quibus in discursu, dum scribentes pro appellacionibus, eadem deducebant motiva, Ideoque eadem dabatur responsiones, concessaque nova audientia, & reproposita causa, pluries ob votorum secluram nulla capta fuit resolutio, quod nemum sub die 4 Maji 1676, una facione preponderante fuit pro recessu à resolutis, incertum est ex quibus motivis, atque in hoc statu causa reperitur.

Cumque postissime infirmeretur in invaliditate transactio- nis ob defectum beneplaciti Apostolici, & converso autem ex hac parte allegaretur beneplacitum presumpsum, deduc- tum ex lapsu longi illius, adeoque diuturni temporis; re- pllecebatur de defectu observantia; sine qua solus lapsus tem- poris, quantumvis magnus, nullius est momenti, ut advertit disc. 143. de dote. & disc. 1. de alienat. & contrah. Et alibi pluries, dum docebatur quidem de observantia, & effe- ctuatione in aliquibus partibus in eadem concordia conten- tis, sed in pluribus ea deficiebat.

Verum id nullius momenti videbatur, quoniam, ut dice- batur, scribendo in Camera, quando observantia alle- gatur, tanquam preceptiva, ex quo nova juris acquisitio desumatur, adeout ejus vigore pretendatur allegari posse quemcumque titulum meliorem privative ad eum, qui ha- beat juris assistentiam, ut (ex gr.) contingit in questio- nibus jurisdictionalibus inter Ordinarios locorum, & Præla- tos inferiores, de quibus tit. de jurisd. disc. 1. & seq. cum si- militibus, quibus eadem ratio congruat; & tunc recte procedi assumpsum, ut observantia debeat esse uniformis, ac generalis, adeout aliqui actus contrarii, etiam modici illam in- terrumpant, ut ad disc. 1. de jurisd. & disc. 21. de judic. ubi de hac materia observantia, & alibi; secus autem ubi adducitur titulus contra quem obijciatur de defectu assensus Pape, vel alterius Principis, qui deducatur presumpsum ex lapsu tem- poris juncto cum observantia, quoniam si de ista appareat in parte, cadere potest difficultas circa illam, & de quarum ob- servantia non doceatur, sed in illis in quibus ea accedit, tunc eadem presumpsum intrat, nullaque probabilis dubitandi ratio subsiste videtur, quoniam stant bene simul, ut frequens, & quotidiana praxis docet, quod pluribus in conventionem deductis inter partes, Papa, vel Princeps, seu alter ad quem pertinet assensum prestare, atque conventionem revalidare, aliqua approbet, & alia rejiciat; ac propterea intrat utraq; presumpsum affirmativa, & negativa respective, quod scilicet præstiterit assensum in iis, quæ observata fuerunt, ne- gaverit autem in iis, quæ non haberunt observantiam, quoties non agatur de actibus ita individuis, & connexis, ut vi- tium in parte, vitiet totum, sed agatur de rebus dividuis, ut in præfatis.

Clarius verò, quoniam ista inspectio circa observantiam exactè desiderandam cum requisitis, de quibus d. disc. 1. de alien. & contrah. prohib. & disc. 143. de dote, percutit casum, in quo presumpsum beneplaciti, vel alterius solemnita- tis, unicè deducatur ex lapsu temporis, juncto cum ob-

servantia, sed ubi quamplures aliæ accedunt præsumptio- nes, & adminicula ad constituendam probationem admini- culativam, de qua, disc. 33. de judic. tunc nil prohibere vide- tur, ut ista species præsumptionis, quantum non omnino perfecta, adeout sola, & de per se non sufficiat, perfectio- nem, seu momentum recipiat ab aliis præsumptionibus, & adminiculis, five quod ipsa præstet unum, ex adminiculis, cum aliis conjungendum, cum revera, ista tanquam quæ- sitio probationis, videatur potius facti, quam juris, non habens uniformem regulam generalem, sed regulanda sit ex singulorum casuum circumstantiis; Ideoque erroneum vide- tur in hac materia procedere in omni casu cum solis gene- raliitatibus.

Quo verò ad punctum principale necessitatis adhiben- di beneplacitum pro validitate actus, in hac nova disputa- tione in Camera, demò inculcatam eandem distinctionem trium diversarum classium Doctorum, de qua in discursu, cum ex hujusmodi distinctionibus resisteret congrua applica- tio conclusionum, & methodice descripto casuum; cumque attempto tempore hujus transactionis, absque dubio applicari non posset illa classis, quæ hodiè irrepsit ex Constitutio- nibus Apostolicis Sixti V. & Clementis VIII. aliorumque suc- cessorum, ac propterea urgetur solium prima deducta ex cap. Imperialem, de prob. feud. alien. per Feder. advertentem (etiam cum sensu veritatis) istud esse unum ex confectis aequi- vocis Pragmaticorum, vel collectorum, procedentium cum loca eadem fide auctoritatem in litera non distinguendo loca, & tempora, aliaque circumstantias.

Siquidem ista lex condita fuit per Federicum primum Imperatorem, qui nullam auctoritatem habebat in hoc Principatu Status Ecclesiastici; quinimò tanquam caput, & protector Gibelline factionis, fuit Sedi Apostolicæ, & Sum- mis Pontificibus potius in sensibus, ut docent Chronicæ, tam in vita ipsius, quam in illa Alexandri Tertii, aliorumque Pontificum illorum temporum. Et consequenter sista lex recepta fuit in Germania, id provenit in ea Regione ex auctoritate Imperiali, ut etiam verificatur in illis parti- bus Italiae, quæ sequebantur partes dicti Imperatoris, dum ibi adfunt plura feuda imperialia, ut præfatum in Lombar- dia, in Liguria, Etruria superiori, ac etiam in Pedemonta- na Regione.

Malè autem eadem lex trahitur ad hæc feuda Status Ec- clesiastici, tum ex defectu potestatis, vel jurisdictionis, tum etiam ex omnimoda inverisimilitudine, quod Sum- mi Pontifices voluerint recipere leges Imperatoris adeo infensi; & quo magis, quoniam de tempore editionis hujus legis, Pontifex ipsum declaraverat Imperio privatum.

Duabus quoque circumstantiis, seu ponderationibus ac- cedentibus primò nempe, quòd constitutio 3. Sixti V. clarè agnoscit, quod prius nulla adesse prohibito, illam- que restringit ad tres contractus, venditionis, donationis, & permutationis, deindeque Clemens Octavus, aliique Pontifices successores illam ampliarunt ad alios contractus ex deductis infra hoc tit. disc. 66. cum plurib. seq. ac etiam, sub tit. de credito, disc. 13. & 151. & alibi, atque ex ibi deductis patet, quod apud omnes in Recepta unum est, quòd ante di- Constitutiones, aliq non adesset prohibitiones, ideòq; cla- rum resultat argumentum, quòd prefata lex nunquam in hoc Principatu recepta fuerit.

Et secundo, quòd fœdus istius Principatus longè diver- sam habent naturam; neque in eis consuetudines feudales, quas dicimus sui commune feudorum, in pluribus practi- cantur, tam scilicet circa inhabilitatem Clericorum, ut advertitur pluries in præcedentibus, ac etiam infra, disc. 54. & in aliis, quàm etiam circa qualitatem servitii militaris, seu personalis, quod in hoc pacifico Ecclesiastico Principa- tum non est in usu; ac etiam circa renovationem à novo feudi successore petendam infra annum, & diem, cum nova præstatione juramenti fidelitatis, ut infra, disc. 59. cum id sit in usu tantum respectu feudorum majorum, & Regalium, potius ex lege particulari investituræ, quam ob hujusmodi leges feudales, juxta casum, de quo apud Apon. decis. 1. non autem in hujusmodi feudariis inferioribus, qui veniunt sub nomine, ac sphaera baronum, cum illorum respectu, illa Castra, & loca jursidictionalia, quæ habentur in feudum, in alio differre non videantur ab aliis causis, quæ retinentur in natura alio die, nisi pro obligatione solvendi tributum, seu servitium reale singulari annis, sub rigore Constitutionis Gregorii XIII. de qua supra decis. 5. ac etiam super restri- ctione successiois ad personas in investitura comprehensas, ideòque clarus error videtur adhibere terminos d. legis Im- perialis.

Revol-

& admittere secundogenitum ad æqualem participa- tionem.

D I S C. L.

Fœdum Imperiale ab annis 300. & ultra possessum per ma- jores in forma dividua, & ut dicitur juris Longobardorum, juxta generalem consuetudinem Lombardiae, alia- rumque Italiae partium, exceptis utriusque Siciliae Regnis, in duas lineas, seu Colonellos dividum, utriusque lineæ u- nici superstitis, & propriae respectivè portionis possessio- res, curarunt retroacto sæculo reducere ad formam feudi juris Francorum, instituyendo de super primogenituram in vim Imperialis indulti concedentis facultatem itellandi, ac liberè disponendi, tanquam de feudo franco & libero; cum autem ex uno prædictorum ita disponendum, duo filii rati- culari superstitis fuissent in pupillari ætate utriusque nomine eorum tutores Imperialem renovationem suæ portionis obtinuerunt, & successivè ambo facti majores dictam propriè parentis portionem possiderunt, deindeque sub expressione Cæsareæ facultatis disponendi de feudo tanquam franco, & alienabili, ambo in solidum, tanquam domini, & possessores, dictum feudum pro eorum portione cuidam extraneo ven- diderunt, recepto æqualiter pretio; sequata verò morte secundo- geniti, prætereunde cepit primogenitus superstitis, ab eodem emptore vendicare posse dictæ portionis medietatem venditam à dicto secundogenito, upotè nullum sui in ea habente, dum stante erectione primogenituræ, integræ, & præcipua successio feudi, sibi tantum debita erat, unde desuper pro veritate, incertum est, ex cujus parte, consultus.

Respondi, hujusmodi præsentationem probabilitè experi- bilem videri contra hæreditatem, & bona dicti secundo- geniti, ad pretium in eum ex re non sua obvenerunt, nulla- tenus verò contra emptorem, & ad ipsum feudum vendi- tum, ad ita sentendum motus, quia uterque cum verbo quilibet & verbo in solidum hujusmodi venditionem fecit, ex singulari enim dict. verbis, fortius verò unitis restat, actum totum adjudicari quilibet, perinde ac si unus ex eis totum fecisset, ad textum l. si non singulari, Cod. fecerim petatur, cum concord. per Barbo. claus. l. 72. in fine, & dicitur 300. nu. 4. cum aliis de quibus proxime infra.

Idque verum, quamvis in contractu revera unus esset principalis, alter verò accessorius, & consecutivè interve- nitet in gratiam dicti alterius principalis contractantis, à quo relevandum esset, quoniam respectu tertii, cum quo contrahitur, si tanquam principalis & in solidum contracte profutur, habetur pro principali; & correo, quamvis inter se ipsos, revera unus esset principalis debitor, alter verò fidejussor. Greg. & Aden. dec. 167. & 445. Buratt. & Aden. dec. 674. & habetur hoc tit. ad materiam Bullæ Baronum in Romana pro Montemellino, & in altera Romana pro Caetani, super puncto, an Bullæ Baronum locum habeat in alienis debitis, ad quæ Baro tanquam fidejussor obligavit, quoniam ad tertium inquirere non pertinet, quis corum est fidei principalis, & quis accessorius, & an jura, seu bona in contractu deducta, ad unum, vel alterum potius pertine- rent, dum utriusque, & cujuslibet eorum in solidum fidem fe- quitur, potissime verò, ubi actus est contemporaneus, juxta distinctionem, de qua in proxime allegatis aliis causis ad dictam materiam Bullæ Baronum.

Difficultas etenim in hoc proposito duorum eandem rem venditum, seu ubi unus vendit, alter verò assistit, intrat, ubi sui assentientis non petebat de presen- ti, sed de futuro, five partim de præfatis, & partim de futuro, ut est, exempli gratia, quando hæres gravatus, seu fideicommissi possessor, aliquam rem vendi de consensu alterius, ad idem fideicommissum post ipsius venditoris mortem, vel alium casum vocati, tunc enim intrat questio, an ille consensus censeatur solum præsentem pro ju- re tunc, & de præfatis competentem pro ejus portione, five ad effectum habilitandi possessorem, ut citrà incursum cadu- citatis, vel alterius pœne, illum actum facere possit, absque tamen remissione juris eventualis, & de futuro ad ipsius consentientis favorem putandis; juxta deducta apud Sard. conf. 70. ubi de duobus fratribus in solidum vendentibus, Fufar. quo. 560. Rosenthal. de feudis, cap. 9. conclus. 77. apud quos ceteri, ac juxta casum, de quo in Romana locorum mortem 16. Januarii 1662. & 23. Januarii 1664. coram Ninot, ubi de duobus fratribus in solidum possidentibus quædam loca montium fideicommissaria pro eorum iure, & vita, cum ipsius fideicommissi vinculo, an scilicet eorum superstites, ab emptore vendicare possent medietatem, per mortem alte- rius.

Revolvantur etiam antiqua jura Communitatis, & præsertim circa veritatem tituli de anno 1216. & circa validitatem sententia Magalotti, & laudi Ducis Petri Aloyfii Farnesi, sed meo judicio frustra, quoniam advertebam, quòd hujusmodi inspectio cadere possit, quando de præfatis Communitas peteret dictæ sententiæ, vel laudi exe- cutionem, scilicet autem ad effectum sustinendi transactio- nem, quoadque ista afficiat autem successores, quoniam sententia, & laudum, aliaque jura indubitanter constituebant saltem casum in nihilum probabili dubietate, cum majori assentientia præsumptionum ad favorem Communitatis, quæ obtinuerat, ut propriè dici deberet concordia bona fide inita, quæ afficeret etiam successores independentes, ex deductis in hoc discursu, & latius sub tit. de fideicom. disc. 173. & seq. & sub tit. de emphyteusi, disc. 52. & 121. sed quoniam plures repetitæ fuerunt disputationes, in quibus scri- bentes multa cumulabant super observantia legum feuda- lium, etiam in Statu Ecclesiastico, ideò de super edidi particularem discursum, de quo infra, disc. 135. ubi vi- dendum.

N U L L I U S

S E U, &c.

V E N D I C A T I O N E S F E U D I.

Responsum pro veritate suppressis nominibus.

An primogenitus, cui ex lege Investituræ, seu ex ordinatione majorum debita erat integra succes- sio feudi, admittendo secundogenitum ad eju- dem feudi possessionem, & venditionem, cum æquali participatione pretii, sibi præjudicet, vel ne, itaut portionem à secundogenito venditam possit vel ne vendicare, seu agere ad pretium contra eundem secundogenitum.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Verbum, quilibet, tribuit totum actum uni, & idem facit verbum, in solidum.
- 3 Ubi duo aequè principales contrahunt, non curatur, quis sit principalis, & quis fidejussor.
- 4 An Bulla Baronum locum habeat in debito fidejussorio remissivo.
- 5 Quando feudatarius, vel fideicommissarius, aut alius suc- cessor impugnet alienationem à predecessore de ejus consensu factam.
- 6 Quæ differentia sit inter consentientem solum alienatio- nis, ac facientem aequè principaliter alienationem.
- 7 Emptor damnificatus remanere non debet ab assertionem venditio, is est, amfisciat vel suspicetur vinculum.
- 8 An feudum antiquum dividuum possit cum assensu Domi- ni originè in primogenituram remissivo.
- 9 Clausula pro servatone excludat à præjudicio.
- 10 Declaratur quomodo id procedat.
- 11 Consentientis alienationi vel feudalis, vel fideicommissaria ad hoc peti pretium ab alienante.
- 12 Derogatio fideicommissi obviata ex minus vera causa, seu cum falso præsupposito, est nulla.
- 13 Leges feudales, & prohibitio alienandi non procedunt in feudis franchis omnino inappropriatis.
- 14 Ideoque famine proximiores excludunt agnatos.
- 15 In licentia, vel assensu obtemo ad superabundantem cau- telam non attenditur superpreio.
- 16 De potestate Principis derogandi fideicommissis, & pri- mogenituris remissivo.
- 17 An inter primogenituram, & fideicommissa ad sit differ- entia, & de primogeniti & majoratibus Hispania di- versis ab illis Italiae, & aliorum locorum.
- 18 An primogenituræ possint stare in suspensio, & aliquo tem- pore vacare remissivo.
- 19 Possessor fideicommissi, vel primogenituræ potest alienare, ejus jure, seu vita durante.
- 20 Feudatarius, qui alienationem feudi revocare potest ab defectum assensus, tenetur ad pretium ac damna & inter- esse.
- 21 Idem in Ecclesia, vel minore.
- 22 Quid in Regno per revocationem competentem in vim Constitutionis Constitutionem Dive memorie.
- 23 An & quando primogenitus possit ejus juri renunciare, Card. de Luca, Lib. 2.

rius fratris jure fideicommissi sibi delatam, non obstante quod infimul venderint, & deciditur affirmative, & de quo casu, illum explicando, actum habetur in Romana locorum montium de Panellis *sub tit. de Regalibus* cum similibus, atque habetur pluries in sua materia *sub tit. de fideicommissis*.

6 Ubi vero agitur de jure jam delato, & de present, tunc casus videtur extra controversiam, potissime ubi jus habens non intervenit pro simplicis praestatione consensus dati pro eo jure, & interesse, quod haberet, quo casu etiam emptor tutus est, sed intervenit tanquam principalis contraheus, & insolidum, ex deductis apud Sard. *d. cons. 703*. Rosenthal. & Fusar. *loci citati*, & consertur quae habentur in Tiburtina Salviana *sub tit. de dote*, & alibi super puncto, an emens rem a viro, tueri possit ex juribus dotalibus anterioribus mulieris in d. venditione intervenientis; distinguuntur enim, quod aut datus intervenit, nisi remissionem hypothecae super illa re, iuxta terminos textus in *leg. finali, C. de remissio pignorum*, non autem translationem iurium dotalium in emptorem, non remissionem alterius juri de futuro; secus autem si ipsa mulier, tanquam condomina & principalis venditrix, quae principaliter vendat, ac evictionem promittat, cum tunc emptor, utriusque, & cuiuslibet ipsorum in toto fidem sequi dicatur.

7 Clarior vero in hac facie specie, quia in venditionis Instrumento, explicitè narratum fuit, utrumque fratrem, sequuta morte patris, fuisse ab Imperatore de feudo renovatum, atque utrumque esse equaliter dominum, & possessorem, cum jurata assertionem super veritate omnium narratorum, eorumque mentionem, unde propterea, nullo jure, nullaque ratione substantiale dicebam, ut emptor ignarus, ac bona fidei, damnificatus remanere deberet, cum lucro venditoris mendacis, ita cum falsa assertionem eum decipiunt. Quinimo etiam emptor hujusmodi primogeniturae consensus praestitit, adhuc tamen dicebam hujusmodi scientiam in nihillo praestudicare.

8 Cum enim non extra quaestionem sit, an in feudo antiquo pacta, & providentia, possit feudatarius, etiam de assensu Domini, erigere primogenituram in praedictum secundogenitorum, aliorumque agnatorum ex lege Investiturae vocatorum, ex iis, quae habentur deducta *hoc eod. tit. in Mutinen. feudi de Montecuculis*, in Mantuana feudi de Gonzaghis, & in aliis; idcirco emptor, non obstante explicita scientia hujusmodi erectionis primogeniturae, videns primogenitum admittere secundogenitum ad condominium, & aequale jus, credere potuit, vel dictam primogenituram ex defectu potestatis, seu invaliditatis assensus non subsistere, vel primogenitum suo juri, & favori renuntiare voluisse.

9 Et quamvis in quibusdam motivis insinueretur, primogenitum credere a quo cumque praedictio se praeservasse per quosdam clausulas praeservativas in eodem Instrumento adjectas, per quas salva remanere jura consentientis, ceteris allegatis, habetur apud Peregr. *de fideicom. art. 40. n. 70*. Fusar. *d. q. 560. n. 29*. Rosenthal. *d. cap. 9. conclus. 18. n. 7*, & in *Glof. litera F. nihilominus non videbatur tutum fundamentum in ordine ad emptorem, sed bene in ordine ad dictum fratrem secundogenitum, pro jure contra eum competentem pro reintegracione, & ne per dictam coequalem admisionem ad vendendum, conferretur sibi in jure primogeniturae praedictae; clausula siquidem praeservativa intelligitur semper compatibiliter, ac ita, & taliter quod non resolvat contradicco, seu subitanea correctio, & sic in aliis quam in expressis Oldrad. *cons. 330. in fine*, Honded. *cons. 86. n. 4. lib. 2. Barboletan. 157. n. 5. cum seq. Scraph. dec. 1445. n. 4*. Buratt. & Adem. *dec. 193. 375. & 541. dec. 440. n. 11. p. 4. rec. tom. 2.**

10 Stant enim bene simli, contrahentem sibi praedictare quoad tertium, & tamen ejus jura, salva, & illa remanere quoad eum, pro quo contraxit, ut habemus in materia fideicommissaria, quod per consensum praestitum a vocato alienationi facta per gravatum, tutus est quidem emptor, non tamen renuntiatum censetur fideicommissio, neque alienans liberatus a pretii restitutione, ejusdemque fideicommissi reintegracione, ad text. *in l. item veniens, §. hoc adversus, ff. de pet. hered. cum concord. deductis per Fusar. de fideicommissis, q. 627. n. 54*. Merlin. *dec. 813*. Rota in Bonon. fideicommissi de Luparis 12. Decembris 1659. & 4. Junii 1660. coram Melcio, de qua causa habetur actum in sua materia *sub tit. de fideicommissis*, ubi latius de hujusmodi conclusione, ut pariter habemus de muliere una cum

viro vendente fundum dotalem, seu consentiente eidem viro vendenti rem suam, vel de fideiussore se obligante tanquam coreum, ac principaliter, & insolidum, five de accommodatore fundum censum, ac patiente per alterum suo pro eo censum imponi, cum similibus.

Motivabatur ex parte dicti primogeniti, de surraptione, & invaliditate assensus Imperialis praestiti dicte alienationis, unde propterea ex pluribus Regnicolarum auctoritatibus copiose collectis, inferrebat, etiam ipsamet alienanti licitum esse contravenire; surraptionem autem dupliciter deducebatur, primo quia facta erat mentio fideicommissi per majores super isto Castro ordinati, non autem primogeniturae, quasi quod ob hujusmodi qualitatem, Imperator non concessit assensum, vel difficultis, nam aliud est simplex fideicommissum, aliud vero majorem, seu primogenitum, & secundo ob minus vera causam, seu primogenitum ad indagandam veram non subsistentiam, unde propterea inferrebat ad nullitatem hujusmodi derogationum, quae ex minus vera causa, seu alias surraptitè obtruncata, ut ceteris plene collectis, quos multipliciter allegationum amator de facili ibi videre, atque exinde juxta modernum sylum transferre potest, habetur apud Salgad. in *Lalyrib. part. 1. cap. 37. cum sequent.* & per Rotam *dec. 325. & 363. part. 10. recent.* Firmata fideicommissi 31. Januarii, & 20. Junii 1653. Pertingero, & 18. Maji 1657. Priolo.

Verum de isto quoque fundamento dubitabam, siquidem aut dictus assensus considerandus venit tanquam requisitus ad validandam, & Informandam feudi alienationem alijs prohibita ex *cap. Imperiale. de prohib. feud. alien. per Feder. & ab eis inspectio non intrabat, cum hoc feudum ab eodem Imperatore poenes praedecessores effectum esset francum, & alienabile, idcirco ibi praestitus fuit assensus generalis, five ita feudum omnino impropriationis fuit, ita ut feudorum legibus non subiaceret, neque regulandum sit juxta ea, quae habentur in Mantuana feudi super puncto successione, & in Massanen. Castrorum, & in aliis *hoc eod. tit. potissime stante declaratione aulici Consilii ejusdem Imperatoris occasione defectu lineae masculinae in altera hujus feudi portione, superflite femina ex ultimo mafculo*.*

Cum enim illi agnati praetenderent juxta leges feudales, ipsi quamvis remotioribus, dicta femina proximiori excluda, successorem debitam esse, contrarium declinatum fuit, ex d. ratione omnimodo impropriationis feudi, juxta casum praesentem, de quo in dicta Mantuana; idcirco cum assensus praedictus in ordine ad naturam feudi necessarius non esset, sed obtentus ad superabundantem cautelam, ejus defectus non attenditur, nisi quoties constaret, parum illum desiderasse, tanquam conditionem potius, quam tanquam solemnitatem, ut ita distinguendo habetur in eadem proximè allegata Mantuana feudi super puncto primogeniturae, & est generalis propositio, ut in iis facultatibus, & licentis, quae non necessariae, obinentur solum ad superabundantem cautelam, non curetur hujusmodi defectus, ad not. in *leg. testam. mentum. C. de testam. Gabr. cons. 92. n. 7. lib. 1. Cyriac. cons. 328. n. 27. Rot. dec. 173. n. 11. & seq. part. 7. recent. & frequenter*.

Si vero dictus assensus consideratur, ut veris considerandus est, tanquam derogatio alterius obstatul resultantis à primogenitura erecta per majores ut supra, & tunc praesupposita juxta hodie communem, & receptam opinionem potestate Principis derogandi fideicommissis, & primogenituris, ut quidquid de illa aliqui dubitaverint apud Peregr. *de fideicommissis, art. 24. n. 44. & art. 52. n. 153*, pluries deductum habetur *hoc eodem titulo ad materiam Bullae Baronum*, per quam hujusmodi derogatio generaliter indocata est, prout tanquam absoluta potestas supponitur apud Salgad. & collectos apud eum, & in Rotae decisionibus supra allegatis super hujus derogationis invaliditate ob surraptionem, & fallam causam.

Quatenus pertinet ad voluntatem, ad quam hujusmodi quaestiones hodie restringuntur, prolixius leve mihi videbatur primum fundamentum deductum ex omnia qualitate primogeniturae, & ac narrativa fideicommissi in genere, tum quia illud enunciatum erat cum mentione praedicta diei, & anni ejus ordinationis, tum etiam quia, ut habetur plene examinatum in Bonon. primogeniturae de Luparis *sub tit. de fideicommissis*, in Italia, aliique regionibus extra Hispaniam, nulla videtur adesse differentia inter primogenituras, atque fideicommissa, nullaque concurrat specialis qualitas, seu privilegium, nisi circa ordinem succedendi, quod scilicet fideicommissum deferatur omnibus aequalis

aequalis gradus ejusdem generis vocati, primogenitura vero non nisi primogenito, in reliquis autem est fideicommissum; ac vero, quae habentur per Hispanos circa illorum primogenitum, & majoratum privilegia, & qualitates specialiter mentione dignas, proveniunt, vel ex illis jurius municipalibus, vel ex specialia qualitate, quia illa primogenia cum regia auctoritate ut plurimum eriguntur, atque annexa habent quandam jurisdictionem, & praerogantiam, ita ut ibi faciant cum figuram, quam in Italia, in Germania, & alibi faciunt feuda, & Baronie; unde ponderantur idem Molina, & ceteri, Religiosus fideicommissorum de jure communi alias capaces, ob dictam annexam administrationem esse illorum majoratum, & primogenitorum incapaces, cum aliis differentis, & ponderationibus deductis in dicta Bonon. primogeniturae de Luparis occasione disputandi articulum, an ea, quae per Hispanos communiter firmantur de primogenitura non remaneant in suspensio, neque temporis momento vacante, procedant in primogenituris Italiae, aliarumque regionum extra Hispaniam, & firmatur omnino veterem esse negativam.

Satis vero considerabile erat alterum fundamentum, scilicet, ac inepta causa, cujus ratione admittendam tanquam absolutum, juxta superius allegatas auctoritates, derogationem remanere invalidam, verum advertebam hoc motum suffragari posse filiis, & successibus ipsorum alienantium jure proprio, & ab eis independentem venientium, non autem ipsimet, vel quia concessa est fideicommissaria de jure (ubi specialis prohibitio non accedit) facultas alienandi, eorum vita, seu jure durante, ex collectis per Fusar. *de subst. part. 10. rec. ubi concordantes ad fatietatem, idcirco donec ipsi vivunt, vel eorum alter, a alienatio favore emptoris subsistent; vel quia ubi etiam ratione nullitatis concederetur venire ad verum factum proprium, in ordine ad ipsum corpus feudi recuperandum, non tamen exinde resultat exceptio à restitutione pretii, ac à damnis, & interesse, tum ob promissionem evidenciam, tum etiam quia nullitas resultabat ab ipsius venditoris culpa, & mendacio, ut ultra generalia, in specialibus terminis feudatarii revocantis alienationem feudi ex defectu assensus, plene deductum habetur apud Hodier. *cons. 206. n. 57. & seq.*, alienationem ex defectu caulae, & solemnibus invalidam, habemus, quod licet non teneantur, ad damna, & interesse, tamen ad restituendum pretium acceptum, vel dec. *dec. 256. n. 5. & seq. Rot. dec. 227. & in aliis plene collectis per Adem. ad dec. 444. n. 59. & seq. p. 4. rec. tom. 2.* idcirco nil suffragabatur posse vendicari pretium, si aderat obligatio evidenciam.*

Neque observabam intrare auctoritates Regnicolarum, quibus motivantes innotabant, tum quia facultas revocandi alienationem competens eidem alienanti ex defectu assensus, procedit ibi magis de plano ob expressam, ac litteralem legem particularem contentam in Constitutione ea quoque aeterna, de jure intrare deberet obligatio ad damna, & interesse, sed ibi non intrat ex quodam stylo, & usum, ut advertitur apud Hodier. *dicta controvers. 26.* adhuc tamen restituitur pretium una cum interesse, & repetitur feudum una cum fructibus, juxta ea quae in casu fructus, petenti tamen inter se contractum, ac restituentem Bojanen. *hoc eodem tit.* Potissime soluti, habentur in eadem *dec. dumagitur de primogenitura ex sola privata dispositione resultantem, nil prohibere videtur, quin ejusdem primogeniturae possessor, nil prohibere videtur, quin ejusdem renunciando, admittat secundogenitum ad coequale dominium, & successorem, ut in proposito primogeniti suo juri renunciantis habetur in Romana legitime *hoc tit.* & habemus etiam in masculis admittentibus feminas ad coequalem successorem statutaria exclusione non obitante, cum similibus, quia est favor principaliter privatus, quo potest quis nolle.*

Tunc autem observabam concedendam non esse hujusmodi facultatem primogenito agnoscenti successorem feudi, quando ex lege Investiturae ageretur de feudo individo, puta ratione dignitatis, five quia feuda essent juris Francorum; prout tunc in utriusque Siciliae Regnis, cum tunc divisio tanquam species prohibita alienationis resultaret, & quia nullum jus, nullaque servitus, vel hypotheca, aequalis

quae respiciat ipsum corpus feudi, sine assensu constitui potest, aliunde non conceditur nisi facultas admittendi ad participationem fructuum, seu eorum commoditatem, ut quid nudi facti, quando feudi substantiam non percutiat, ut in Romana, seu Status Ecclesiastici infensudationem, & in aliis frequentibus *hoc tit.* Secus autem ubi de hujusmodi primogenituris accidentaliter, & privata auctoritate erectis in hujusmodi feudis, vel ut supra impropriatis, & alienabilibus redactis penè ad instar alodialium, vel de sua natura dividuis ad formam juris Longobardorum, quia tunc nil videtur ob stare, quod id prohibeat quoad ipsum admittentem, secus autem quoad primogenitum successorem jure proprio independentem venientem.

SUMMARIUM.

- 1 De materia fideicommissorum, & majoratum.
2 An, & quando primogenitus admittere possit secundogenitum ad successorem feudi.
3 De differentia inter primogenituras, & majoratas.
4 Potest admittere ad participationem fructuum.

ANNOT. AD DISC. L.

E A, quae continentur in hoc discursu, percurrere potius videntur materiam fideicommissariam, tam circa differentias inter majoratus Italiae, & Hispaniae, de quibus *sub tit. de fideicommissis, cum plur. seq.* & praerertim, *disc. 7.* ubi de puncto, an successiones possint stare in suspensio, quibus etiam circa derogationes concessas à Principe, de quibus *ibid. disc. 165. & in aliis*.

Quatenus vero pertinet ad punctum principalem, an scilicet primogenitus admittere possit secundogenitum ad coequalem successorem feudi, quod ad fontem juris Francorum cum ordine primogeniturae deferatur, extra nea videntur ea, quae habentur apud Hispanos, super illis primogenituris, & majoratibus, ex plene relatis per Oleam *de cels. jur. tit. 3. quest. 3.* Adem. ad Molin. *lib. 3. cap. 2. n. 21.* Gallerat. *de renunc. cap. 52.* an scilicet major natu possit natu minorem secum admittere ad successorem, quoniam juxta ea, quae habentur infra in Janu. Feudi Aquati, *disc. 114.* longa differentia est inter illos majoratus, & quae privata dispositione ordinantur in bonis alodialibus indifferenteribus, obtento desuper privilegio Regio ad certos effectus honorificos, & privilegiativos, & inter feuda, quae ex dispositione juris communis, vel particularis, vel ex lege investiturae, sint de sui natura individua, & non admittant pluralitatem successorum. Primò etenim casu videtur privilegium privatum majoris natu, seu primogeniti, obtinendi integram successorem, & excludendi alios natu minores, idcirco potest suo favori renunciare, eodem modo, quo *sub tit. de success. pluries* habetur de masculis excludendis feminas à successione in vim statuti quod volentes possunt eas admittere; istoque casu majoratus, vel primogenitura in bonis indivisibilibus, aliud non videtur subesse obstaculum annullativum talis admisionis, nisi illud quod resultat ab enixa voluntate testatoris, vel à praedictio successoris, terminato jure ejus, qui voluit sibi praedictare.

Secus vero est in feudis, de sui natura individis, quoniam in eis urget positiva resistentia legis prohibentis alienationem, sub qua sine dubio venit diviso, etiam impropria, & intellectualis, quae resultat a reservatione usufructus, vel ab impositione alicujus oneris, vel servitutis ex pluries insinuat in materia reservationis, & per consequens termini sunt omnino dispares.

Ita igitur admisso non est practicabilis, nisi in sola commoditate, considerata, ut quid facti, non autem, ut quid juris, juxta ea, quae habentur infra, *disc. 61. & 110. & alibi pluries*, & praerertim *sub tit. de pensionibus*. Accetiam juxta eam distinctionem, de qua habetur *sub tit. de location. disc. 26. & 27.* inter locium, & participem utilium cum similibus; idcirco est contingibile etiam pro majori commoditate primogeniti possessoris feudi, puta ut se eximat ab onere vitae militiae, seu appanagii praestandi secundogenito in pecunia singulis annis, vel temporibus, ut ita eos admittat ad fructum, & emolumentum proportionatum participationem, intacta penes ipsum remanente substantia, vel individuitate feudi.

FERETRANA SERVITIORUM PRO COMMUNITATE, ET HOMINIBUS OPPIDI SANCTE AGATHÆ, EJUSQUE CASTRORUM,

CUM CAMERA APOSTOLICA,

Casus in parte resolutus pro Vassallis.

Devoluto feudo, an ea servitia, munera, commoditates, & emolumenta, que Vassalli præstabant Feudatario, præstari debeant Camera, seu Domino directo,

SUMMARIUM.

- 1 Falli series.
2 Angarie, & perangarie in Feudatariis, & Dominiis inferioribus prohibite, quia de regalibus.
3 Et si de facto adfint, præsumuntur, vel ex concessione, vel facultativa benevolentia.
4 Que adminicula in proposito suffragentur pro justificanda eorum possessione, & excludenda dicta mala presumptione.
5 Sola possessio absque titulo saltem colorato in his materiis non sufficit.
6 Servitia, vel munera præstata Domino a subditis, an censentur iure dominicali, vel intuitu personali.
7 Consuetudo locorum adjacentium pro interpretatione attendenda est.

DISC. LI.

Cum Fregosii, aliis in Republica Janpensi potentissimi, ex causis apud Historicos satis notis, a Patria exulare, atque a summis divitiis ad extremam pene pauperatam redacti, in eorum feudo Sanctæ Agathæ in Statu Ecclesiastico se recipere coacti essent, illi benevoli, & obsequentes Vassalli, paleas, ligna, aliaque ad victum necessaria cum eorum animalibus gratis asportare consueverunt, devoluto autem feudo pro linea extinctionem, Ministri, seu Appaltatores Camerales cogere ceperunt Vassallos ad eandem asportationem lignorum, palearum, aliorumque rerum; sed jura Communitatis, & Vassallorum tuendo, indebitas dixi molestias, ideoque per Superiores in forma extrajudiciali prohiberi obtinui, quia de jure cautum non est, subditos, & Vassallos erga Dominum directum, vel utilem, ad hujusmodi onera teneri, cum positus angarie, & perangarie, tanquam de regalibus, in Dominis inferioribus sint prohibita, ad text. in cap. 1. que sint regalia, cum aliis deductis in Sabinen. Status Montis Libretti hoc eod. tit.

Et licet subditi, hujusmodi servitia præstatis Dominis præstare soliti fuerint, ex hoc tamen non inferatur ad obligationem coactivam in futurum, nisi privilegium, legitima conventio, seu immemorabilis consuetudo accedat, præsumuntur enim aliis præstata, vel per metum, & coactionem (quod tamen in Statu Ecclesiastico non præsumitur, ex deductis in dicta Sabinen. Status Montis Libretti) seu verius ex facultate, & benevolentia, per quam nec præscriptio, nec possessio manutentibus inducitur, Gabr. de præscript. concl. 10. Buratt. & Adden. decis. 312. Adden. ad Greg. dec. 162. & in his terminis servitiorum Gaiocota, libr. 2. contr. 42. num. 1. & per tot. Capoblanc. de Baronib. pr. agr. 1. nu. 214. cum seq. & n. 339. & pr. agr. 11. num. 219. cum seq. Rovit. in pr. agr. 16. de Baronibus, num. 2. & 3. Rosental. de feudis, c. 12. concl. 12. n. 26.

Maximè quia non debeatur de aliqua coactione, Vassallis recusantibus, facta cum subsequuta acquiescentia, & partitione, quo casu in Statu Ecclesiastico, (ubi cessat præsumptio violente, & concessio de facto) probabilius dixi in dicta Sabinen. Status, manutentionem Dominicalis competere, nec aliqua coneurant adminicula fidentia, quod hujusmodi servitia Domino debita essent, quia nempe inter introitus, & emolumenta feudales descripta essent, sive quod in feudi presio, & valore de illis ratio habita fuisset (per tot. in dicta Sabinen.) quod in specie consideratur per Capoblanc. ita fe declarantem v. l. 2. cap. 4. & Mellis cap. 6. per tot. ubi in specie num. 11. de paleis, & bene Apont. conf. 577. num. 26. vol. 1. ubi quod sola possessio absque aliquo titulo saltem colorato, sive absque adminiculis non sufficit, ideoque facti circumstantiæ omnino fiant, id sequitur esse ex actibus facultativis, & ex benevolentia, commiserationis etiam motivum habente, erga

illorum Dominorum personas, eo modo, quo passim videamus Episcopis aliique superioribus benevolis, per Clericos, alioque subditos, munera, & servitia præstari, que tamen vel a successores non ita gratis, vel Sede Vacante per Vicarios Capitulares, seu Oeconomos exigi non possunt; ubi etenim dubitatur, an Dominus iure suo personali, vel iure feudi aliqua possederit, vel quaesierit, ad præsumptiones, conjecturas, & verisimilitudines recurrendum esse, aliis allegatis ad monet Rosental. de feud. c. 10. concl. 44. n. 7.

Clariora hæc reddi dicebam ex consuetudine locorum adjacentium Status Urbini, ubi ex benevolentia subditorum erga Ruvereos, multa præstabantur servitia, & munera, à quorum exactione, devoluto Statu, Camera Apostolica ejusque Officialia abstinerunt, illis solum retentis, quæ ex probationibus, vel adminiculis constabat ex obligatione, & jure feudi præstata fuisse, consuetudo autem locorum adjacentium, & vicinorum tanquam observantia interpretativa fati attendenda venit, ut aliis allegatis Rota in Foroempronien. sive Eugubini. emphyteusis 16. Junii 1636. coram Cocchino post Patrelli. dec. 19. n. 30. & 32.

ANNOT. AD DISC. LI.

Sta materia servitorum, & angariarum cadit potius sub tit. l. segg. de Regal. ubi de hoc agitur, præsertim disc. 146. ac etiam aliqui habetur infra, disc. 65.

Et quod sola possessio in regalibus non sufficit, supra, disc. 40. num. 2. & advertitur, d. disc. 146. ac etiam disc. 81. de Regal.

Ad dignoscendum item, an præstatio servitorum fuerit ex affectione personali, vel ratione officii; cum sit questio potius facti, quam juris, certam non recipit regulam uniformem, sed pendet à singulorum casuum circumstantiis, conferre autem videtur ea, quæ super interpretatione legatorum habetur tit. de legat. disc. 22. & 32.

FARFENE BONORUM.

PRO UNIVERSITATE OPPIDORUM, ET INCOLLARUM ABBATIE FARFEN.

CUM ABBATE, SEU CARDINALI COMMENDATARIO.

Causa pendet in Rota.

Annus & dies à jure feudorum præscriptus ad petendam renovationem Investituræ, an & quando possit per Dominum abbreviari, & quid in emphyteusi, & de natura concessionum Abbatie Farfen.

SUMMARIUM.

- 1 De qualitate concessionum Abbatie Farfen.
2 Renovatio feudi infra quantum tempus petenda sit, & an Dominus possit abbreviare annum, & diem.
3 Bona dictæ Abbatie ex consuetudine sunt in commercio ad instar allodialium.
4 Dictæ concessionis sunt potius emphyteusice quam feudales.
5 Leges feudales an servandas in materia emphyteusica, & an feudo ad emphyteusum valeat argumentum.
6 Terminus petendi renovationem in feudis, an procedat in emphyteusi.
7 Dominus nec volens possit ista bona pro se retinere, sed tenetur revocare.
8 Agnatus, vel proximior, cui debetur renovatio, quale jus, vel qualem actionem habeat.

DISC. LII.

Omnia bona, quæ possidentur per Incollas 26. Oppidorum, & locorum existentium intra limites Abbatie Farfen. sive ex eo, quod idem illorum possessores, ob continuos bellorum motus, ea dederint sub dominio Ecclesie in protectionem, ut est probabilis, sive quod Abbas antiquus Dominus ea concesserit novis habitatoribus, sunt sub dictæ Abbatie directo dominio, sub quodam faris tenen. Canonice concessi soliti in forma pacti, & providentia ad tertiam generationem prof. filii, & nepotibus, cum juramento fidelitatis, & sub quibusdam prohibitionibus non alienandi in non subditos Abbatie; & per antiqua Statuta, ita semper observata, non potest Ecclesia in casu devolutionis ea pro se retinere, sed aliis concedere, seu renovare tenetur, soluta

soluta tamen quodam laudemio, ad rationem decem, vel respectivè quinquè per centenarium, quam tamen summam consuetudo ad modum reduxit; & quævis sptmula Investituræ sit pacti, & providentia, eadem tamen consuetudo, & commercii forsitan necessitate resistans, induxit, hujusmodi bona, Investitura durante, redacta esse ad instar allodialium liberæ dispositionis, ac ceteri hæreditaria, ita ut etiam in hereditate remanere dicatur per tendi renovationem, ut constat apud Peniam decis. 1221. apud Baratt. dec. 87. & in aliis, de quibus infra, & in alia Farfen. sub tit. de emphyteusi.

Cum autem observantia dederit, Abbatem pro renovationibus concedendis expectasse proximiorum, vel alios, ad quos post finitam tertiam generationem, jus illam petendi pertinet, per annum, & diem, ad instar eorum, quæ in feudibus renovationibus disposita sunt in cap. 1. §. 1. & §. 2. & alia, quæ sunt prima causa benef. acquir. modernis verò Abbatie Cardinali Commendatarius pretendit sibi competere jus abbreviandi dictum tertium, se opponentibus univertitatibus, in introduca fuit causa in Rota cor. Cerro, & assumpta disputatione.

Ex parte Abbatibus dicebatur, hujusmodi bona non esse emphyteusica, seu feudalia, juxta feudales consuetudines regulanda, stante juramento fidelitatis, ac etiam obligatione, ad formam antiquorum statutorum, militandi, & præstandi personaliter servitium in Exercitu Abbatis, quando occasione belli ab eo convocari contingente, propter feudalis tatis requisita concurrerant, potissimè consentientia in juramento fidelitatis, & servitio personali Domino præstando in bello, consequenter de plano intrare dispositionem text. in cap. 1. §. 1. & §. 2. & alia, quæ sunt prima causa benef. acquir. ubi clarè habetur, Dominum abbreviare non posse tertium anni & diei feudatario renovationem petere debentibus, Investitura adhuc durante, secus autem ubi finita Investitura, & devolutione sequuta, agitur de nova concessione ex integro faciendæ, potius proximioribus antiqui feudatarii, quam extraneis, juxta receptam equitatem quæ originaliter tribuitur glof. & Bart. in l. 1. ff. de aqua quotid. & a. s. s. & cum hac distinctione passim pertranseunt feudista, ut per Ilam, & Alvar. & alios, de quibus Rosental. c. 6. concl. 30. n. 30. & in glof. l. 1. B. & concl. 43. & 44. & 57. Schrader. part. 6. cap. 2. nu. 1. Larata lib. 4. tit. feud. tom. 1. p. 4. dilucidat. 30. Calsas de renovat. emphy. lib. 1. q. 11. Apont. dec. 1. n. 8. Giurb. de success. feud. §. 1. glof. 14. nu. 45. Undè cum præfatis controversia esset de renovatione concedenda post finitam Investituram, factumque casum devolutionis, ex capite linea, seu generationis finite, liberum dicebatur esse Domino directo, ad formam d. textus, terminum abbreviare, coque elapso, & proximiorie non curante, novam concessionem personis eibei visis facere.

Econverso pro dictorum locorum, & incollarum univertitate scribens, distinctionem prædictam, utpotè in suis terminis veram, receptam non impugnando, ejus tamen applicationem constanter negabam, quia feudales termini, nec à longè in casu intrabant, cum hujusmodi bona, ad instar allodialium, ex consuetudine effecta quodammodo essent de omnimodo dominio possidentium, ita ut non solum Investitura durante, essent in libero commercio & dispositione, sed sola obligatione obtinendi per cum, in quem facta esset alienatio; renovationem ad effectum obtinendi laudemium, seu intratum, in quo solum jus Abbatibus in casu renovacionis residere in effectu videtur, ex deductis apud Peniam decis. 1221. Buratt. decis. 87. & decis. 86. p. 5. rec. Sed etiam finita Investitura, ad instar aliorum allodialium remanent in hereditate, & bonis ultimi morientis, affecta Creditoribus, aliisque nempe hæreditariis, cum solo onere petendi renovationem, & solvendi pro ea laudemium Abbatibus super omnia credita privilegium, ut explicando magis, quam impugnando à dec. 86. p. 6. rec. deduxi in dicta alia Farfen. pro eadem Universitate sub titulo de emphyteusi, & juxta quam declarationem prodii de anno 1658. decretum à Congregatione particulari plurimum Prelatorum per Papam adhuc deputata.

Hinc proinde in eadem dicebam inspectionem, an versaremur in feudo magis quam in emphyteusi, vel econtra; & an quæ jure feudorum habentur super hujusmodi renovationis termino, procedant etiam in emphyteusi, quia non eramus, neque in feudo, neque in emphyteusi, sed utraque specie corrupta à impropietate, dicebam esse in casu mixto, ac tertia specie, præter Investituræ formam, ac juris communis, vel feudalis dispositionem, constituta per consuetudinem, quæ prout dicitur facti, ac solum spectari debet;

undè cum consuetudo induxerit, ad hujusmodi renovationem cum solutione laudemii, successores cogi non consueverunt, nisi lapso anno, illa in omnibus erat attendenda, cum in jure non dubitetur, consuetudinem juri scripto prevalere, multò magis juri feudorum, quod in effectu aliud non continet, nisi jus consuetudinarium.

Præcendendo siquidem à consuetudine, hujusmodi bonorum concessionem, emphyteusicæ magis quam feudales omnino censenda venirent, prout tales perpetuò judicavit Rota, ut habetur apud Peniam dec. 1192. & 1221. Buratt. dec. 87. Royas dec. 313. 321. & 339. dec. 164. §. rec. 317. part. 9. Farf. bonorum 27. Novemb. 1648. & 23. Mar. 1661. Cerro, quarum prima est 261. par. 19. rec.

Neque aliquam subsistentiam habebat feudalitatis argumentum ductum ab antiquis Statutis, mandantibus fidelitatis juramentum, ac obligationem servitii Domino in Exercitu, cum bellum parat, & in quo argumento maximum constituebatur fundamentum per scribentes pro Abbate, quia exercitibus, & belli terminis, etiam in Baronibus, & Domicellis habentibus merum, & mixtum Imperium cum temporalis jurisdictione, & gladii potestate, inter fabulas hodie reponendas esse videtur, cum nonnisi ad Papam in Statu Ecclesiastico tam immediato quam mediato proximo juxta distinctionem mediati proximi, & remoti, de qua in Civitate Castellæ hoc eod. tit. vix indicendi bellum & parandi exercitum spectet, multò minus ad Abbatem à Sixto V. temporalis jurisdictione denudatum, ea lege adjecta, ut istorum Oppidorum, vel locorum Incollarum, non Abbatibus, vel Abbatia, sed Sedis Apostolicæ immediari Vassalli cessari deberent.

Et nihilominus, licet Advocati more dicerem, leges feudales in emphyteusica materia attendendas non esse, nisi tribus concurrentibus, primò nempe, quod non obsetur commune; secundò, quod eadem ratio in omnibus absque aliqua disparitate militet, & tertio, quod jus feudale fundatum sit in iusta, & naturali ratione, ut bene ex Corbelli. Burfatt. & aliis Rosental. de feud. c. 1. concl. 19. m. 6. & Collas in glof. libidem lit. F.

Veritate tamen inspecta credebam, utroque casu pariformiter idem dicendum esse, cum à jure feudorum, & ad instar deducatur terminus anni & diei ad renovationem petendam Investitura durante, etiam in emphyteusi, ut constat ex decis. 756. num. 2. & per tot. par. 4. diverf. arg. 6. pariformiter istos terminos parificent, Calsas de renovat. emphyteusica, lib. 2. q. 11. num. 2. & 3. Fulgini de emphyteusi de renovat. quest. 1. num. 18. Rot. decis. 46. num. 32. p. 10. rec. & dicta Farfen. 23. Martii 1661. Cerro; ideoque solidum fundamentum in hujusmodi differentia constitui non posse in Congressibus dicebam, sed potius in altero jam dicto, quod neque sumus in feudo, neque in emphyteusi, sed vel in alio dieo habente solum hoc onus tanquam speciem servitius, vel in casu mixto, seu quadam tertia specie per consuetudinem constituta, in qua ipsa consuetudo, prout hucusque servata fuit, in futurum servari deberet, Penia decis. 1221. n. 1. cum aliis supra allegatis.

Præterea ubi etiam cum terminis feudibus procedendum esset, retentaque superioris tradita distinctione in abstracto vera, fallaciam tamen actoris consistere dicebam in ejus applicatione, cum in prima potius quam secunda ejusdem distinctionis parte versaremur, quoniam finita etiam tertia generatione, stante dicta qualitate per consuetudinem inducta, per quam hujusmodi bona, ad instar allodialium, in ultimi morientis hereditate remanere dicuntur creditoribus affecta, ita & taliter, quod Dominus directus neque volens possit pro se retinere, sed invidus cogatur renovationem ultimi morientis heredi concedere; sequitur, non versari in terminis veræ, & formalis devolutionis, per quam sequi dicatur consolidatio utilis domini cum directo, & unio possessionis naturalis cum civilis, ita omnia sint penes Dominum, ut in secunda distinctionis parte communitè per feudistas ponderatur, unde propterea cessat ratio differentie.

Longam siquidem observabam esse differentiam inter casum illius renovacionis, quæ sequuta vera & formalis devolutione, debita est proximiori agnato per dominum alios investire volentem, juxta æquitatem derivatam à traditione Bartoli in leg. 1. ff. de aqua quotidiana, & a. s. s. & casum, de quo agitur: in primo enim proximior nullum in feudo, vel emphyteusi habere dicitur jus formatum, neque in re, neque ad rem, nullaque ei competit actio realis, sed solum facultas implorandi Judicis officium, ut ex dicta æquitate sibi prælationem concedat, ex deductis in dicta

decis. 46. part. 10. decis. 17. n. 9. 166. & 230. p. 11. in qua decis. 17. in specie firmatur non posse proximiorum sub hujusmodi renovationis preterito bona devoluta interim retinere, sed non sic est in isto casu, quia stante expressa dispositione Statuti, ac etiam consuetudine præciam renovationem demandantibus, atque ad formam, seu interpretationem decreti emanati de anno 1658. continuantibus bonis adinstar alioodialium in ultimi morientis hereditate, idcirco pro hujusmodi renovatione rectè competere dicitur, non simplex æquitativum Judicis officium, sed actio, seu formalis retentio; unde illa inter unum & alterum casum differentia esse videtur, quod in primo negligentia, seu culpa agnati non accipientis renovationem post monitionem Domini, repellit solum ab affectuione juris querendi, tunc dicit non valgat formale præjudicium habens speciem pœnæ; in secundo autem importare dicitur pœnam, ac amissionem juris jam acquisiti, & actu competentis, quod in hereditate esse dicitur.

Allam item ponderabam differentiam, quod primo casu agi dicitur de solo præjudicio proximioris agnati non petentis, in secundo autem agitur de præjudicio creditorum, ac aliorum jus habentium in hereditate ultimi morientis, quibus proinde hæredum negligentia, fortè aliquando etiam collusiva, præjudicare non debet, maxime quia creditores, alique interessati solent esse absentes, non habentes proinde notitiam de illis monitionibus, que per edictum à Domino fieri solent in ipso loco, in quo bona sita sunt, atque stante dicto jure certo remanso in hereditate, omnino videtur, casum esse regulandum juxta secundum potius, quam primam partem distinctionis, idcirco tempus à lege præsumitur, & cusus beneficio creditores, vel alii interessati acquiescunt, non videtur posse abbreviari causa his proponita non fuit resoluta, & pendet, sed reflectendo ad veritatem, pro hac parte mihi videbatur probabilis respondendum esse, eandemque veritatem fortè agnam esse à dicto Cardinali Commendatario comprobare videtur acquiescentia.

ANNOT. AD DISC. LII.

DE ista materia renovacionis, pro moderna praxi, in emphyteuti potius, quam in feudo disputari solet, idcirco in sua lege videndum est. *Sub tit. de emphyteusi*, triplex etenim est species renovacionis. Prima est illa, que pati debet per novum feudi successorem, sive veniat jure successorio, sive etiam veniat ex titulo particulari emptionis, vel similibus, & de hac specie agitur in *dis. 59. c. etiam in Januen. Feudorum dis. 113.* ubi de venientibus jure successorio; & de renovacione petenda per novum emptorem, seu alium successorem particularem, plura colligit Rofa *conf. ult. 14. c. 1. q. 23.* & illa species proprie cadit in feudis; verum illa videtur esse parum in usu apud nos in Italia, exceptis quibusdam feudis Imperialibus, & feudis Regalibus majoribus Ecclesiæ, nempe Regno Neapolitano, & Ducatibus Parmæ, & Placentiæ; siquidem in feudis Regnorum utriusque Siciliæ, in quibus major copia, majorque feudorum sedes esse videtur, ut advertitur in *dis. 59. formalis renovatio respectu venientium jure successorio videtur recessisse ab aula, quicquid loco successit solum relevii, de quo supra, dis. 28.* Et in successore, titulo particulari, prædicatur petitio literarum afferacionis, ut supra, *dis. 31.* cum præstatione juramenti, ex deductis per Rofam *d. conf. ult. 14. c. 1. q. 13.* sed non petatur, non per hoc intrat caducitas, vel alia pœna, sed solum contractus remanet imperfectus, quando cumque revocabilis, ex deductis *eod. dis. 31.* Et in hoc Principatu Status Ecclesiastici, loco renovacionis, hære videtur illa solutio tribui, vel alterius recognitionis, que de more fiat in vigilia, vel festo SS. Apostolorum, qua occasione novus successor per ipsum, vel per procuratorem præstat quoddam juramentum in Camera, nisi particularis observantia aliquorum feudorum aliter exeat, sed non expeditur nova investitura, ut prædicatur in feudis Imperialibus.

Altera est illa species renovacionis, de qua proprie in præcedenti agitur, que ex æquitate debetur proximioribus ultimi investiti, pro cuius mortem facta est devolutio; & tertia est illa, que debetur singulis quibusque temporibus ex pacto, etiam ubi daretur investitura pro facilliori probatione domini, seu pro solutione laudemiorum, & de his duabus speciebus agitur in materia emphyteutica, ubi videndum,

MANTUANA SUCCESSIONIS
PRO EPISCOPO,
CUM MARCHIONISSA MUNDINA.

Casus decisus per Rotam pro Episcopo.

De capacitate fœminarum in successione feudorum Ecclesiæ Mantuanæ, & de diversis illius investituræ formulis.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *In feudis etiam Ecclesiasticis fœmine regulariter non succedunt.*
- 3 *Fallit ex consuetudine, que dicitur contraria.*
- 4 *Consuetudo probanda est ab allegante.*
- 5 *Doctorem assertionibus an sit deferendum circa consuetudines, vel stulos.*
- 6 *Consuetudo judicandis inducitur per binam iudicaturam.*
- 7 *Moderna, & alia investituræ regulanda sunt ab antiqua, & prima.*
- 8 *In rebus concessis solitis non requiruntur solemnitates, dummodo solum non alteretur.*
- 9 *De feudo emptio.*
- 10 *De varia intelligentia ejusdem formulæ investituræ.*

D I S C. LIII.

EMpta de anno 1584. per Anselmum, & Ludovicum de Mundinis, ab illis de Gonzaghis tenuta Longherola, que à venditoribus habebatur in feudum ab Episcopo Mantuano, atque obtenta ab isto per emptores nova investitura, *prose. coramque hereditibus ex eis legitime descendentes*, dicta investitura in personis successorum sanguinis pluries renovata, & relative ad antiquam, usque ad Carolum ultimum hujus præcipue masculum, hic de anno 1648. novam obtinuit investituram insumul cum quibusdam aliis bonis, de eisdem Ecclesiæ dominio, à majoribus possessis, *prose. ejusque hereditibus ex eo legitime descendentes etiam uniusque sexus.* Unde ius mortuo de anno 1656. abique prore, superstitie Marchionissa Anna Maria de Mundinis prore, & præsentem Syndico mensæ Episcopalis, ob defectum masculorum, factum esse locum devolutionis, prodit in prima instantia sententia mensæ favorabilis, à qua introducta per appellacionem causa in Rota coram Emerix, per dictæ mensæ defensores inconsiderate assumptum fuit opus probandi hujus Ecclesiæ consuetudinem, quod scilicet ubi cumque investitura concepta non est pro hereditibus utriusque sexus, sed solum pro hereditibus legitime descendentes, solum masculi succedant, fœminis utpote incapacibus exclusis, ita ut locus fiat devolutionis; unde assumpta disputatione, num concedenda esset remissoria, negativa prodit resolutio sub die 22. Junii 1661. sub fundamento improbabilitatis, quasi quod, pluribus Doctoribus de contrario attestantibus, illa esset improbabilis.

Doctores autem id afferentes allegabantur, Bardellon. *conf. 93. num. 19. 20. 31. 46. & seq.* Bertazzol. *conf. 39. numer. 7. Mellius allegat. 19. n. 26. & 27. 54. & 93. lib. 1.* & his antecessoribus Sured. *conf. 105. n. 14. Cynic. contrav. 145. n. 21.* & ceteri dicentes hujusmodi feuda esse alienabilia, ut ex decisione desuper extensa.

Mutatis autem defensoribus; ego & ceteri ad jura Episcopi tuenda assumpsi, non laudantes consilium prædictum, assumendi omnia hujusmodi probationis, idcirco super *d. decisiois* revisione non insistentibus, opportunum judicavimus assumere disputationem negotii principalis cum dubio, an *constaret de devolutione*; eoque disputato sub die 8. Jun. 1663. affirmativa prodit resolutio mensæ favorabilis, ut constat ex decisione desuper extensa per eundem Emerix, & resolutio cum sensu veritatis credebatur iusta.

Dicebam enim scribendo, regulam stare pro devolutione, quia in feudis etiam Ecclesiasticis, de jure fœminæ non succedunt, illarum non veniunt appellacione legitimorum heredum, quorum nomen solis masculis convenit, ad text. in *cap. 1. §. non etiam sit. Episcoporum. vel Abbatum.* & in specie feudorum Ecclesiæ, antiquioribus allegatis, Peregr. *conf. 22. n. 22. lib. 1.* Maric. *de ractis. lib. 23. tit. 14. num. 22.* Rosenthal. *cap. 7. concl. 31. num. 41. cum seq.* Giubr. *de success. feud. præ. lud. 6. n. 19.* Buratt. *decis. 206. num. 2.* Rovit. *conf. 79. n. 24. & seq. lib. 1.* & in specie feudorum Mantuæ, Becc. *conf. 101. n. 35. & seq.*

Est bene verum, quod ab hujusmodi regula recedat, vel ex al-

3 ex alterata investituræ formula, vel ex consuetudine, quam regulatam ab ipsorum Regnorum natura habemus in utriusque Siciliæ Regnis, in quibus investitura continet eandem formulam, *pro hereditibus ex corpore legitime descendentes*; sed esse consuetudinem contra sua, observat in specie Urinus de feud. p. 1. qu. 5. art. 6. n. 14.

4 probandi consuetudinem, dum fundatam habeat intentionem in dispositione juris, sed esse omnes allegantis consuetudinem juri contrariam, tamquam limitationem regulæ, illam, probare, ad textum in *l. 1. ubi 2. §. ceteri. Cod. que sit longa consuetudo*, Malchard. *de probat. concl. 423.* Gregor. *decis. 162. num. 1.* illaque probanda est in specie, imò in individuo, cum non extendatur de casu ad casum, ut in terminis feudabilibus, Oldrad. *conf. 227. nu. 3.* & generaliter Mantie. *decis. 357. num. 4.* Gregor. & Adent. *decis. 45. numer. 7. & 8.* latè in Majoricen. Canonico 25. Junii 1657. coram Melito.

5 Nulla probatio dabatur in facto, illamque deductam ex assertionibus Doctorum, ut supra, nullatenus dicebam attendendam; tum quia, ubi agitur de consuetudine contraria ius in concernentibus decloria, & rei substantiam, non statim assertionibus Doctorum, quibus deseri solum solet in concernentibus ordinatiora, vel in his, que concernunt observantiam juris doli, Malchard. *de probat. conclus. 528. numer. 1. & seq.* Mantie. *decis. 357. numer. 2. & 6. decis. 574. num. 17. & seq. part. 4. recent. tom. 3. decis. 101. part. 20. recent. num. 14.*

Tum quia per Syndicum mensæ exhibebantur multiplicata sententiæ, & licentiam ostendentes contrariam observantiam, que in articulo etiam dubio per binam iudicaturam induci dicitur, Franch. *dec. 91. num. 16. & decis. 722. n. 11.* Apont. *conf. 41. vol. 1. latè Rovit. conf. 18. nu. 3. vol. 1.* cum nihilominus sufficit per hujusmodi actus impediri contrariam consuetudinem, que data difformitate non datur, ex quo Dominus directus habet pro se regulam, & juris assistentiam.

6 Claris hæc procedere dicebam, quia si Doctorum assertionibus est defendendum, Buratt. Doctor Mantuanus probatissimus *conf. 80. num. 21.* dicit exclusionem fœminarum pro manifesta veritate ibi haberi; & converso autem Doctores in contrarium ponderati non videntur attendendi, Bertazzol. *enim conf. 39. nu. 3. & seq.* expressè loquitur in casu investituræ conceptæ *pro hereditibus utriusque sexus*, quasi supponens contrarium, ubi hoc cessaret, & ageretur de nostra formula, quam in modernis investituris contentam, dicit attendi non debere, utpote deviantem ab antiqua concepta cum dicta latiori forma, que attendi debet. Bardellon. *conf. 93.* non agit ad effectum devolutionis, sed ad alium, unde si in Rota *decisioibus* habemus eas non esse tales censendas, nisi in eo, quod fuit principaliter in disputatione, non in aliis, que incidenter dicuntur, plurimum inferre licet ab authoritatibus consensu, qui ut movendum intellectum debillum iudicantium, solida & bona vota respicientium, fallacia verò amplexentium, multa incidenter dicere solent minus fundata, ut de me ipso constat ex tot annotationibus, que ad veritatem habentur contra mea motiva, tamquam ab Advocato cause servientis deductæ.

In Melii autem authoritate confutanda, non multum elaborare opus fuit, dum omnes cum agnovimus in Curia assistentem aliis Causis Mantuanis, de quibus *hoc tit.* causa opportunitate de facili servientem.

Et quidem discretivus modus concedendi investituram, etiam eidem Mundinis ferè eodem tempore varia feuda ejusdem Episcopatus acquirantibus, clarè istam veritatem comprobabat, quia nisi alicuius effecti operationem, quæ hæc formularum diversitas, neque ultimus masculus dicte Marchionissæ author, studiosè curasset illam de ann. 1648. immutari, ut in terminis discretivæ observantæ Soccin. *conf. 9. numer. 7. lib. 3.* alter Soccin. *jun. conf. 33. nu. 28. lib. Decian. conf. 47. numer. 18. lib. 3.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 55. & ceteri.*

Illicet replicaretur, discretivam non remanere inanam, sed operativam, ad effectum excludendi simultaneum consensum masculorum, & fœminarum, ubi expressè dicitur pro illis utriusque sexus, secus autem, ubi expressè dicitur ut veniant ordine successivo; replicatio tamen nullam habebat substantiam, quoniam ex jam allegatis, verior opinio est, ut non curata expressione utriusque sexus, appellacione legitimorum hæredum nullatenus veniant fœ-

mine, solum venientes ubi exprimitur, & tunc ordine successivo, seu subsidiarè, ex deductis in terminis horum feudorum per Buratt. *conf. 63. num. 9. cum seq.* Rolan. *conf. 84. nu. 14. & seq. lib. 4.*

Utrà quod in dicta immutatione, nullum ex hac parte dicebatur consilium posse fundamentum, tum quia hæc ultima investitura relationem habet ad antiquam, à qua omnes sequentes regulari debent, ut ultra generalia, in his præcis terminis latè Bertazzol. *d. conf. 39.* & generaliter *decis. 121. num. 5. & 6. part. 6. recent. & 427. nu. 29. part. 9.* Tum etiam quia renovatio facta erat à quodam Syndico mensæ hujusmodi potestatem non habente.

Quinimò, ubi etiam ab ipomet Episcopo scienter, & studiosè id factum esset, adhuc inevitabiliter obitare dicebam defectum Beneficentiam Apostolicam, quod in rebus concessis solitis non est necessarium, ubi solum non alteratur, secus autem data alteratione Ecclesiæ præjudiciali, quia tunc est necessaria solemnitas, ejusque defectus totum actum vitiat, cum in hac materia, ex veriori sententia in Rota, & Curia Romana recepta, utile per inutile vitietur, *decis. 241. numer. 12. part. 4. recent. tom. 2. 176. numer. 62. & seq. & 367. num. 22. part. 5. 243. num. 14. & 252. num. 12. part. 7. decis. 444. part. 4. tom. 2. num. 8.* & in aliis frequenter.

Et nihilominus, etiam hæc ultima investitura esset valida, & apta ad immutandam priorem feudum naturam pro admissione fœminarum, neque suffragari poterat dictæ fœminæ, que non erat descendens, sed foror investiti, cui nomen descendendum convenire non poterat.

Motivabant scribentes pro Marchionissa, tractari de feudo emptio, jure alio die regulando, nullam annexam jurisdictionem, nullumque servitium personale habente, ideoque improprie, ex iis, que habentur in alia Mantuana feudi *hæreditibus*; sed facilis erat responso, tum quia emptio, & venditio intercesserat, non inter Dominum directum, & feudatarium, sed inter unum feudatarium, & alterum, ob cessionem fortè melioramentorum, & commoditatis; tum etiam, quia emptiū qualitas rectè spectanda venit in dubio, ad regulandam concessionem simpliciter, & indeterminatè factam, sive quoad significationem verbi *hereditibus* simpliciter prolatis, quia in his dis rectis, & propriis verbum *heres* intelligitur pro solis de sanguine descendivo cum qualitate masculina juxta feudorum naturam; in illis verò ita improprie, juxta significationem in rebus indifferentibus cadentem.

Secus autem, ubi constat de partium voluntate restringendi concessionem ad illos sanguinis, ut habemus de feudis Regnorum utriusque Siciliæ, que ferè omnia sunt emptitia ab ipomet Domino, & cum formula *pro hereditibus ex corpore*, quod idem est, ac in casu nostro, *pro hereditibus ab eo legitime descendentes*; & tamen indubitanter est, cessantibus hæreditibus sanguinis capacibus, ea devolvi, & quoad comprehensionem, vel ad comprehensionem fœminarum omnino verius est spectandam esse consuetudinem fortius valentem, ubi nature, ac juris feudorum accedit.

Observantia enim in hujusmodi investiturarum intelligentia totum facit, ut habemus in proposito dictæ formulæ feudorum utriusque Siciliæ, in quibus una, & eadem est prædicta formula *pro hereditibus ex corpore*, & c. que tamen in Regno Siciliæ citrà æ antiquiorum sapientum intelligentia, & Tribunalium observantia intelligitur pro hereditibus sanguinis, habentibus tamen aliam qualitatè hæredis rei familiaris, etiam respectu ultimi morientis, & in altero Siciliæ utrâ, juxta formam antiquam, que ibi strictè nuncupatur, eadem verba interpretata sunt pro concessione pacti, & providentiæ, sola qualitate sanguinis spectata.

ANNOTAT. AD DISC. LIII.

SUPER hac materia capacitatis fœminarum succedendi in feudis, inanis labor videtur hodie disputare in puncto juris, quoniam in Regnis utriusque Siciliæ, etiam cum aliqua diversitate inter eadem Regna, sunt generaliter habitata, ex ratione, adaptabiliter præsertim nostro Regno Sicilia ceterioris, quod scilicet cum ipsum Regnum, quod est feudum in capite, sit fœmininum, hinc merè subsæda regulantur à natura feudi, ex deductis supra, *dis. 13.* In aliis autem, leges investiturarum subtiliter videtur omnes questiones.

Et quatenus tales leges non habeantur, intrat distinctio inter feuda vera, & propria, & corrupta, seu impropria, de